Patet igitur quod in isto cibo tria est considerare: aliquid quod est sacramentum tantum, ut species que videntur; aliquid quod est sacramentum et res, ut corpus Christi verum; aliquid quod est res tantum, ut corpus Christi mysticum. Quantum ad hec tria, habet similitudinem cum aliis cibis quantum ad triplex eorum esse. Nam secundum quod alii cibi teruntur et dividuntur, convenit iste cibus cum eis quantum ad id quod est ibi sacramentum, quia species ille teruntur et dividuntur. Quantum ad id quod alii cibi reficiunt, convenit iste cibus cum eis quantum ad id quod est ibi sacramentum et res, quia ipsum corpus Christi verum a nobis spiritualiter sumitur et *spiritus et vita* est, in quantum nos facit spiritualiter vivere et nos spiritualiter reficit. Quantum autem ad tertium, ut quantum ad conversionem, convenit iste cibus cum aliis cibis quantum ad id quod est ibi res tantum, ut quantum ad corpus Christi mysticum. Nam ex eo quod istum cibum debite sumimus, membra corporis Christi efficiuntur et mystice in Christi corpus convertimur. Ista autem conversio ex hoc fieri habet, ex eo quod membra ipsius corporis mystici efficiuntur, cuius Christus est caput. 95 100

Et ut intelligamus istam conversionem, oportet nos videre similitudinem istius corporis ad alia corpora naturalia. Videmus autem in aliis corporibus esse quandam universalem unionem. Uniuntur enim membra corporis naturalis in toto universali, in toto integrali, in toto virtuali et in toto personali. Nam omnia membra eiusdem nature sunt et sic uniuntur in toto universali. Rursum, quidam nervi et corde per totum corpus diffunduntur ligantes singula membra singulis membris modo debito, prout decet, et sic uniuntur membra in toto integrali. Rursum, a corde diffunduntur spiritus et a cerebro sensus et progrediuntur ad membra, ut quodlibet membrum secundum virtutem sibi exhibitam in actionem exeat, et sic uniuntur membra sub toto virtuali vel potenciali. Rursum, una anima totum corpus informat, propter quod esse suppositi singulis communicatur membris, propter quod omnia membra uniuntur in esse suppositi, propter quod possunt dici membra unita sub toto personali. 105 110

83 Augustinus, *Confessiones*, VII 10, 16, ed. M. Skutella - L. Verheijen, Brepols, Turnhout 1981 (Corpus Christianorum. Series Latina, 27), p. 104.19-20: "Nec tu me in te mutabis sicut cibum carnis tue, sed tu mutaberis in me" || 88-89 I *Cor.* 12, 12 || 98 spiritus et vita: *Iob.* 6, 64.

82 naturam cibati *PMV*: vatutam (*sic*)  $E^1$  vacuum  $E^3$  || cibatum *PMV*: et vacuum  $E^1$  vacuum  $E^3$  || 83 dicit  $E^3$ : dictum est  $PMVE^1$  || 84-85 mysticum et non — corpus Christi *PMV*: *om. hom. E^1E^3* || 85 membrum *PM*: membris  $VE^1E^3$  || 86 convertitur *addidi* || corporis] Christi *add. E^1E^3* || effectus *P*: effectum  $MVE^1$  verum effectum  $E^3$  || 88 enim *PMV*: *om. E^1E^3* || membra *PMV*: *om. E^1E^3* || habet  $E^1E^3$ : habent *PMV* || habet multa *PMV*: *inv. E^1E^3* || omnia autem *PMV*: *om. E^1E^3* || 89 sint multa  $VE^1E^3$ : membra *P* multa *M* || autem *delevi* || 90 quod  $E^{1pc}$ : quia  $PMVE^{1ac}E^3$  || sumptionem *M*: presumptionem  $PVE^1E^3$  || 92 igitur *PMV*: ergo  $E^1E^3$  || tria est *PMV*: *inv. E^1E^3* || aliquid] est *add. E^1E^3* || 92-93 tantum ut species — est sacramentum *PMV*: *om. hom. E^1E^3* || 94 habet  $E^{1pc}$ : habent  $PMVE^{1ac}E^3$  || 95 cibi *PMV s.l. al. m. E^1*: *om. E^{1ac}E^3* || 96 quod est ibi *M*: *om. PVE^1E^3* || 101 debite *PMV*: bene et recte  $E^1E^3$  || 102 Christi corpus *PMV*: *inv. E^1E^3* || 104 ad] aliud corpus *add. E^1E^3 (sed del. E^1)* || 105 quandam  $MVE^3$  *mg. al. m. E^1*: quandam *P* quoddam  $E^{1ac}$  || universalem  $VE^1E^3$ : utilem *PM* || 106 personali *PMV*: corporali  $E^1E^3$  || 111 et sic uniuntur — rursum una anima  $VE^1E^3$ : *om. PM* || potenciali *V*: personali  $E^1E^3$  *desunt PM* || totum  $VE^1E^3$ : cum *PM*.

Et quia corpus Christi mysticum habet similitudinem cum aliis corporibus, oportet quod has  
 115 uniones reperiamus. Est enim ibi unio prima, scilicet sub esse universalis, quia, cum esset Deus, cuius  
 nature non sumus, factus est homo ut in eo esset caput humane nature, cuius et nos membra esse  
 possemus, et ita uniuntur membra istius corporis in toto universalis. Rursum, uniuntur in toto integrali  
 ex eo quod quedam corda et quedam ligatura [vel] omnia huiusmodi membra connectit; hec autem  
 120 corda unitas est fidei, quia, secundum Apostolum, *una fides, unus Deus et unum baptisma*. Rursum,  
 uniuntur in toto virtuali in quantum una caritas nos coniungit, quia, secundum Apostolum, caritas  
 est [illa que] *vinculum perfectionis* et caritas maxime est virtus, immo non solum est virtus, sed est  
 forma et motrix et finis virtutum omnium; igitur per unionem in caritate unimur in esse virtuali.  
 Rursum, uniuntur hec membra in esse personali. Nam in omnibus membris Christi Spiritus Sanctus  
 requiescit uniens huiusmodi membra. Et ideo dicitur *Ad Romanos 8: si quis autem spiritum Christi*  
 125 *non habet, hic non est eius*. Nam caritas Dei, per quam membra sumus Christi, diffusa est in cordibus  
 nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Iste autem Spiritus Sanctus una persona est, quia  
 unus est Spiritus qui *operatur omnia* in nobis, *dividens singulis prout vult*. Prout igitur unimur in uno  
 Spiritu, unimur suo esse personali non per nature assumptionem, sed per inhabitationem et gratie  
 collationem. Nam omnes habentes fidem formatam inhabitat Spiritus Sanctus et eis gratiam confert.

130 Prima unio non sufficit ad hoc quod simus membra Christi. Nam et mali homines habent  
 humanam naturam, non tamen sunt membra Christi. Nec secunda unio sufficit, que est per fidem.  
 Nam et demones aliquo modo fidem habent, non tamen sunt membra Christi. Unde *Iacobi 2*  
 scribitur: *tu credis quoniam unus est Deus: bene facis; nam et demones credunt et contremiscunt*. Tertia  
 et quarta unio sese consequuntur ad invicem, quia caritas est illud donum cum quo datur Spiritus  
 135 Sanctus. Oportet igitur, si volumus conformari capiti nostro et esse membra eius et sumere istum  
 cibum spiritualem, ut non *nobis iudicium manducemus et bibamus*, quod habeamus caritatem ad  
 invicem et unus Spiritus nos connectat, et sic convertemur in corpus Christi mysticum.

Et ideo in principio auctoritatis propositae manducatio istius cibi recte describitur cum dicitur:  
*Comedite, amici*. Non dicit *Comedite* solum, sed subiunxit: *amici*, quia amici Dei et illi qui inherent  
 140 sibi per amorem et per consequens in unitate Spiritus, iuxta illud *I Ad Corinthios 6: qui autem adheret*  
*Domino unus spiritus est cum illo*, [scilicet] possunt talem cibum sumere, scilicet corpus dominicum,  
 quod cibus est modo quo patuit.

Secundo, datur intelligi secundum quod Christus operatus est erga suos discipulos, quia scilicet  
 eis sanguinem suum dedit in potum. Nam licet totus Christus sit ibi sub utraque specie, scilicet sub  
 145 specie panis et sub specie vini, tamen ex vi sacramenti et per conversionem sub specie panis est ibi

119 *Eph.* 4, 5 || 120-121 *Col.* 3, 14 || 124-125 *Rom.* 8, 9 || 127 operatur — vult: *I Cor.* 12, 11 || 132-133 *Iac.* 2, 19 || 136  
*I Cor.* 11, 29: “Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit” || 140-141 *I Cor.* 6, 17.

114 aliis *PMV*: istis  $E^1E^3$  || has *PMV*: habeat  $E^1E^3$  || 115 Est *PV*: cum  $ME^1E^3$  || ibi *MV*: in *P om.*  $E^1E^3$  || prima *PM*: persona  
 $VE^1E^3$  || esse *PV*: esset *M* toto  $E^1E^3$  || 116 nature non sumus — cuius et nos  $VE^1E^3$ : *om. PM* || humane nature  $E^{3pc}$ : humana  
 natura  $VE^1E^{3ac}$  *desunt PM* || 117 possemus  $PME^{1pc}E^{3pc}$ : possumus  $VE^{1ac}E^{3ac}$  || Rursum *scripsi*: nervi *PMV* nec vi  $E^1E^3$  || 118 vel  
*delevi* || 121 illa que *delevi* || vinculum] est *praem.*  $E^1E^3$  || est virtus<sup>1</sup> *PM*: *inv.*  $VE^1E^3$  || immo *PMV*: *om.*  $E^1E^3$  || est virtus<sup>2</sup> *PM*:  
*inv.*  $VE^1E^3$  || 124 uniens *PMV*: unitus  $E^1E^3$  || 125 non est *PV s.l. al. m.*  $E^1E^3$ : non *M om.*  $E^{1ac}E^{3ac}$  || 127 in nobis *PM*: in omnibus  
 $VE^1 om. E^3$  || unimur *V*: uniuntur *PM* unitur  $E^1 deest E^3$  || 128 unimur *PV*: uniuntur *M* unitur  $E^1E^3$  || per<sup>2</sup>  $VE^1E^3$ : propter *PM*  
 || 128-129 et gratie collationem *PMV*: *om.*  $E^1E^3$  || 129 et eis  $MVE^3$ : in eis et *P* et in eis  $E^1$  || 131 non tamen *PMV*: cum  $E^1E^3$  ||  
 132 *Iacobi 2 scripsi*: et *Iacobi PMV* ij *Iacobi E^1 2 Iacobi E^3 || 133 est *M s.l. E^1 (post Deus s.l. al. m. add. E^3)*: *om. PVE^{1ac}E^{3ac}* ||  
 134 consequuntur *PV*: secuntur *M om.*  $E^1E^3$  || donum  $PME^3$ : bonum  $VE^1$  || 135 membra *PMV*: membrum  $E^1E^3$  || 138 ideo  
 $VE^1E^3$ : non *P sic M* || recte *PMV*: *om.*  $E^1E^3$  || 139 Dei *PMV*: beati  $E^1$  et beati  $E^3$  || 140 sibi  $VE^1E^3$ : *om. PM* || 141 scilicet<sup>1</sup> *delevi* ||  
 sumere *scripsi*: sumit  $MVE^1E^3 deest P$  || 141-142 dominicum quod *PMV*: Christi qui  $E^1E^3$  || 144 scilicet  $E^1E^3$ : *om. PMV*.*

solum corpus, alia autem, ut sanguis et anima, sunt ibi per naturalem concomitantiam, et ideo qui sumit corpus Christi sub specie panis proprie dicitur manducare corpus, et non sumere sanguinem. Ita suo modo sub specie vini est ibi solum sanguis ex vi sacramenti et per conversionem, alia autem, ut corpus et anima, sunt ibi ex naturali concomitantia, et ideo qui sumit sanguinem sub specie vini solum dicitur bibere sanguinem per huiusmodi sumptionem, et non manducare corpus. Bene igitur per secundum membrum auctoritatis possumus intelligere huiusmodi sumptionem cum dicitur: *bibite*. 150

Voluit autem Christus sub duplici specie nos reficere, scilicet sub specie panis et sub specie vini, ut sumendo corpus Christi sub specie panis salvaremur in corpore et sumendo sanguinem sub specie vini salvaremur in anima. Hoc autem satis figuratum fuit *Levitici* 16. Nam cum carnes offerrentur pro corpore, iussit Dominus *filiis Israel* sanguinem immolare pro animabus dicens: *Ego dedi vobis illum* — 155 scilicet sanguinem — *ut super altari in eo expietis pro animabus vestris*. Nam, ut ibidem dicitur, *anima omnis carnis in sanguine est*. Sub specie igitur panis nos confirmat et sub specie vini nos letificat.

Tertium, scilicet caritatis exemplum, datur intelligi ex eo quod in auctoritate pretacta subiungitur: *et inebriamini, carissimi*. Non enim sunt Christo carissimi qui secum in caritatis vinculo unione carent. Et ideo per huiusmodi inebriationem carissimorum unionem in caritate et observationem mandati, quod hodie dedit Dominus, intelligere possumus. Et sicut in caritate sunt tres gradus, ita et in inebriatione et in carissimo intelligamus gradum trinum. Nam aliqua caritas est incipiens, aliqua proficiens, aliqua perfecta. Ita aliqui solum gustant, ut incipientes, aliqui [año] aliquo modo satiantur, ut proficientes, aliqui inebriantur, ut perfecti. Incipientes, qui solum gustant, sunt cari; proficientes autem, qui non solum gustant, sed etiam aliquo modo reficiuntur, sunt cariores; perfecti autem, qui inebriantur, sunt carissimi. Istum autem modum caritatis insinuat beatus Augustinus, *Super canonica Iohannis*, cum dicit: *caritas nascitur* — hoc quantum ad incipientes —; *cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur* — hoc quantum ad proficientes —; *cum fuerit roborata, perficitur* — hoc quantum ad perfectos. 160 165

Et istos tres gradus sic intelligere debemus quia in primo gradu homo a peccatis recedit. Nam minima caritas sufficit ad expulsionem omnium peccatorum. Nam cum in quolibet peccato sit aversio a Deo, cum non possit stare quod aliquis sit carus Deo et sit aversus, caritas quantumcumque modica nullum peccatum mortale secum compatitur. Proficiens autem maxime videtur consistere 170

**146** per naturalem concomitantiam : cf. Aegidius Romanus, *Theoremata de Corpore Christi*, 47, ed. Romae 1554, f. 35rb B-C: “Sanguis enim Christi, ut est sub sacramento, est quantus, quia ex naturali concomitantia quantitas illius sanguinis concomitatur proprium subiectum” || 155 filii Israel : *Lev.* 17, 2 || 155-156 Ego dedi — vestris : *Lev.* 17, 11 || 156-157 anima — est: *ibid.* || 166-169 Augustinus, *In I Iohannis Epistulam*, tract. V, cap. 4, PL 35, col. 2014 [= Petrus Lombardus, *Sent.* III, dist. 30, cap. 3, ed. cit., t. II, p. 177.7-8].

**146** solum *PMV*: om.  $E^1E^3$  || concomitantiam  $VE^1E^3$ : communicantiam *PM* || 148 solum *PMV*: om.  $E^1E^3$  || 152 Christus sub duplici specie nos *PMV*: nos Christus sub duplici specie  $E^1E^3$  || 153 salvaremur  $E^1E^3$ : solveremus *P* salvaremur *M* salvaretur *V* || 154 salvaremur  $VE^1E^3$ : solveremus *P* salvaremur *M* || anima  $E^1E^3$ : animam *PMV* || 16 *codd.*: *deb.* 17 || 155 filii  $MVE^3$ : filius  $PE^1$  || Israel *PMV*: om.  $E^1E^3$  || immolare *scripsi*: immola *V* immolari  $E^1E^3$  *desunt PM* || 155-156 immolare pro animabus — scilicet sanguinem  $VE^1E^3$ : om. *hom.* *PM* || 156 in eo  $VE^1$ : mo(do)  $PE^3$  meo *M* || expietis *MV*: ex pictis *P* expiemur  $E^1E^3$  || dicitur *PM*: om.  $VE^1E^3$  || 157 in sanguine  $E^1E^3$ : et sanguinis *PMV* || confirmat  $VE^1E^3$ : conformat *PM* || 158 caritatis exemplum *PMV*: caritas  $E^1E^3$  || 159 sunt Christo *PMV*: *inv.*  $E^1E^3$  || 162 in<sup>1</sup> *addidi* || trinum  $MVE^3$ : tuum *P* tertium  $E^1$  || 163 solum *scripsi*: non *MV* om.  $PE^1E^3$  || año *M* (oio *P* a uino  $VE^1E^3$ ) *delevi* || 164 ut proficientes *PMV* *mg. al. m.*  $E^1$ : om.  $E^{1ac}E^3$  || 165 etiam *PMV*: om.  $E^1E^3$  || 167 dicit] quod *add.*  $VE^1E^3$  || hoc *PMV*: hoc est  $E^1$  et hoc  $E^3$  || 168 nutritur] et *add.*  $VE^1E^3$  || 170 in *PMV*: om.  $E^1E^3$  || gradu *PMV*: om.  $E^1E^3$  || 171 cum *PME^1*: om.  $VE^3$  || sit  $MVE^1$ : si *P* fit  $E^3$  || 172 aversio  $PME^{1pc}E^{3pc}$ : adversio *V* conversio  $E^{1ac}E^{3ac}$  || cum *PMV*: quod  $E^1E^3$  || aversus  $E^1E^3$ : adversus *PMV* || 173 compatitur *PMV*: patitur  $E^1E^3$  || Proficiens ... videtur *PMV*: proficientes ... videntur  $E^1E^3$ .

in promotione boni. Et licet non sit recessus a malo nisi sit promotio in bonum aliquo modo  
 175 nec promotio in bonum nisi sit recessus a malo, tamen quodam speciali modo caritas incipiens  
 videtur consistere in vitando malum et proficiens in faciendo bonum. Perfecta autem caritas consistit  
 non solum in faciendo bonum, sed in delectabiliter faciendo ipsum et etiam in faciendo quecumque  
 gravia opera et in sustinendo quecumque terribilia. Unde Augustinus, describens perfectam  
 caritatem, ait: *perfecta caritas hec est, ut quis paratus sit pro fratribus etiam mori*. Nam, secundum  
 180 eundem, *cum caritas ad perfectionem venerit, dicit: cupio dissolvi et esse cum Christo*. Nam ex cupiditate  
 et ex delectatione terribilia operatur.

Primus gradus caritatis duos respectus habet: unum ad peccatum, quod vitat, et alium ad Deum,  
 quem propter imperfectionem non invenire dicitur. Secundum primum dicit quod dicitur *Cantici 5:*  
*expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Propter  
 185 secundum ait quod ibidem subditur: *quesivi et non inveni illum, vocavi et non respondit michi*.

Secundus etiam gradus duos respectus habet: unum ad orationes, quas fundit ut proficiat, alium  
 ad affectiones, quas dimittit ut liberius vacet. Propter primum dicit quod dicitur *Cantici 1: dum*  
*esset rex in accubitu suo*, ubi scilicet orationes exaudire consuevit, *nardus mea dedit odorem suum*,  
 quia ex oratione mea odoratur Dominus odorem suavitatis; et sequitur: *dilectus meus michi inter*  
 190 *ubera mea commorabitur; inter ubera mea*: hoc est inter intellectum et affectum, inter quos quasi  
 inter duo ubera commoratur Christus, dilectus noster. Propter secundum dicit anima Christo quod  
 ibidem legitur: o, scilicet Christe, rex glorie, *indica michi te ipsum, scilicet quem diligit anima mea,*  
*ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post malas* [scilicet] affectiones, sed te queram per  
 bonas cogitationes.

195 Tertius etiam gradus duos habet respectus: unum ad opera terribilia, que prompta est facere,  
 alium ad dulcedinem, que consequitur opus eius. Propter primum dicit quod dicitur *Cantici ultimo:*  
*fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio, lampades eius lampades ignis atque flammaram;*  
 et sequitur: *si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nichil despiciet eam*.  
 Propter secundum ait quod dicitur *Cantici 2: sub umbra illius quam desiderabam sedi et fructus eius*  
 200 *dulcis gutturi meo*. Ad cuius fructus dulcedinem nos perducatur qui est benedictus in secula seculorum.  
 Amen.

178-180 Augustinus, *ibid.* [= Petrus Lombardus, *ibid.*, p. 177.5, 8-9] || 180 cupio — Christo: *Phil.* 1, 23 || 183-184 *Cant.* 5, 3 || 185 *Cant.* 5, 6 || 187-188 *Cant.* 1, 11 || 189-190 *Cant.* 1, 12 || 192-193 *Cant.* 1, 6 || 196-197 *Cant.* 8, 6 || 198 *Cant.* 8, 7 || 199-200 *Cant.* 2, 3.

174-175 nisi sit promotio — recessus a malo  $VE^3$ : *om. hom. PM* || 175 nec promotio — recessus a malo *om. E^1* ||  
 176 consistere *M*: insistere  $PVE^1E^3$  || proficiens in  $VE^1E^3$ : *om. PM* || faciendo  $VE^1E^3$ : proficiendo *P* perficiendo *M* ||  
 177 sed] etiam *add. MV* || delectabiliter  $PMV$ : declinabiliter  $E^1E^3$  || in<sup>3</sup>  $VE^1E^3$ : *om. PM* || quecumque  $PMV$ : quelibet  
 $E^1E^3$  || 179 ait  $PMV$ : Nam  $E^1$  illi  $E^3$  || 182 unum ad peccatum quod  $PM$ : unum ad peccata que *V* que spectant ad  
 peccata que  $E^1$  que spectat ad vitam que  $E^3$  || 183 imperfectionem  $VE^1E^3$ : perfectionem  $PM$  || Secundum  $PM$ : sed  $VE^1E^3$  ||  
 184 expoliavi  $VE^1E^3M^{pc}$ : exposui  $PM^{ac}$  || 184 induar *scripsi*: induatur  $PMV$  induam  $E^1E^3$  || illa  $PMV$ : illam  $E^1E^3$  || 185 ait  
 $VE^1E^3$ : autem  $PM$  || 186 Secundus  $E^1E^3M^{pc}$ : secundum  $PM^{ac}$  sed *V* || 188-189 dedit odorem — oratione mea  $PMV$ : *om.*  
*hom. E^1E^3* || 189 odoratur *scripsi*: odoratus *codd.* || odorem suavitatis  $PM$ : suavitatis odorem *V* suavitatem odoris  $E^1E^3$  ||  
 191 duo ubera] *abhinc deficit P* || secundum  $MV$ : hoc  $E^1E^3$  || 193 cubes  $MV$ : cubas  $E^1E^3$  || scilicet *delevi* || queram] scilicet  
*add. E^1E^3* || 195 etiam *M*: est *V* enim  $E^1 om. E^3$  || 197 dura  $M^{pc}VE^{1pc}$ : datur  $M^{ac}E^{1ac} om. E^3$  || lampades ... lampades *M*:  
 lapides ... lapides  $VE^1E^3$  || 198 despiciet  $VE^3$ : despiciat *M* despiciet  $E^1$  || 200 dulcedinem  $E^1$ : dulcedinis  $MV$  dul.  $E^3$ .

*Sermo in sabato sancto*  
(n° 14)

*Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis, lapsa est in lacum vita mea et posuerunt lapidem super me, Trenorum* 3. Legislator annunciator verbi Dei quodam modo dici potest, non quod legem faciat, sed quia legem annunciat. Lex autem divina regula debet esse actionum nostrarum et secundum diversa tempora aliter et aliter debemus ordinare actiones nostras. Tempore autem isto debemus maxime conscientiam nostram inquirere et, si eam in aliquo delicto preoccupatam cognoscimus, debemus nos ut peccatores accusare, ut accusantes nosmet ipsos mereamur veniam, *expurgantes vetus fermentum simus nova conspersio*, et *consepulti* morti Christi et peccato exonerati possimus cum ipso resurgere.

Propter hoc in verbis propositis secundum [eque] exigentiam temporis notantur quatuor que peccator cogitare debet, ut a peccato eripi valeat. Primo enim debet cogitare suum deceptorem, ut manus eius effugiat, quod datur intelligi cum dicitur: *Venatione*, hoc est *deceptione*, ut Glossa interlinearis exponit, *ceperunt me inimici mei quasi avem*. Cum enim peccator se *quasi avem* cognoscit deceptione captum a suis inimicis, cognoscit suum deceptorem. Secundo, debet considerare deceptionis nodum vel illaqueationem, ut, cognito nodo, valeat solutio adhiberi. Hoc autem notatur cum subiungitur: *gratis*, hoc est pro nichilo, quia peccata nostra, quibus velut quibusdam nodis illaqueamur, nichil sunt, quia, secundum Augustinum, *nichil fiunt homines cum peccant*. Tertio, debet considerare eius dampnificationem, ut ex intuitu dampni moveamur ad peccata vitandum. Hec autem dampnificatio duplex est, scilicet <in> gratuitis expoliatio, que colligitur cum tertio annectitur: *lapsa est in lacum vita mea*, quia per peccatum vita spiritualis sive gratie, per quam vivimus, [vita] labitur sive deficit. Secunda dampnificatio est in naturalibus vulneratio, quod habetur cum quarto subinfertur: *posuerunt lapidem super me*. Ad litteram quidam lapis et quedam gravedo super peccatore dicitur esse propter peccatum, ut efficiatur inhabilis ad suscipiendum spiritualia bona, que in naturalibus vulneratio dici potest.

Et licet plus moveat vox prolata quam in scriptis redacta, quia *habet nescio quid latentis <energie> vive vocis* actus, tamen nec ista vox sufficit ad movendum affectum hominis, nisi agat in virtute divini

2-3 *Thren.* 3, 52-53 || 8 expurgantes — conspersio: I *Cor.* 5, 7 || consepulti: *Rom.* 6, 4 || 12-13 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Adolph Rusch, Strassburg 1480/1481, vol. III, f. g3 [= 175]r [= *Facsimile Reprint of the Editio Princeps (Adolph Rusch of Strassburg 1480/81)*, 4 vol., Introduction by K. Froehlich and M.T. Gibson, Brepols, Turnhout 1992, vol. III, p. 205], col. a, li. 1 (*interl.*) || 17 Augustinus, *In Iohannis Evangelium tractatus CXXIV*, tract. I, cap. 13, ed. R. Willems, Brepols, Turnhout 1954 (Corpus Christianorum. Series Latina, 36), p. 7.6-7 || 24-25 Hieronymus, *Epistula ad Paulinum presbyterum (epist. 53)*, Saint Jérôme, *Lettres*, éd. J. Labourt, t. III, Les Belles Lettres, Paris 1953 (Collection des Universités de France), p. 10.15: “habet nescio quid latentis ἐνεργείας viva vox” [= *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. I, f. [a1 = 1]r = *Facsimile Reprint*, cit., vol. I, p. 1, col. b, li. 9 (PL 22, col. 541): “habet nescio quid latentis energie vive vocis”].

1 Sermo in sabato sancto fratris e. *mg. al. m. P* In sabato sancto *mg. al. m. V* || 2 gratis *V*: om. *P* || 3 Legislator] et *add. V* || quodam modo *scripsi*: quomodo *PV* || 6 maxime *P<sup>pc</sup>V*: maximam *P<sup>mc</sup>* || conscientiam *V*: om. *P* || 9 possimus *P<sup>pc</sup>V*: simus *P<sup>mc</sup>* || 10 eque *delevi* || exigentiam *V*: ex(iste)ntia(m) *P* || 11 debet<sup>2</sup> *V*: debeat *P* || ut<sup>2</sup> *scripsi*: quod *PV* || 12 datur *V*: dicitur *P* || 16 est *scripsi*: autem *PV* || quia *scripsi*: et *PV* || velut *V*: vel *P* || 17 homines *V*: omnes *P* || 18 dampnificationem] duplex *add. et del. P* || 19 in<sup>1</sup> *addidi* || gratuitis *P*: gratuitatis *V* || lacum *scripsi*: laqueum *PV* || 20 vivimus *dubitanter scripsi*: etiam h(ui)us *P* in h(ui)us(mod)i *V* || vita<sup>2</sup> *delevi* || 23 suscipiendum *P*: susciscendum (*sic*) *V* || 24 redacta *P<sup>pc</sup>V*: relata *P<sup>mc</sup>* || nescio *scripsi cum Hieronymo*: ne sic *P* ne sit *V* || latentis *V*: iacentis *P* || energie *supplevi cum Hieronymo*: lacunam *praebet P om. V* || 25 nisi *V*: ubi *P*.

auxilii. Propter hoc, ut possimus opere complere que dicta sunt, ex quorum completionem exoneremur a peccatis et resurgamus cum Christo, una mecum rogabimus etc.

30 *Venatione ceperunt me quasi avem* etc. Licet oporteret Christum esse *tribus diebus et tribus noctibus in corde terre, sicut fuit Ionas in ventre ceti*, ut ipse de se ipso dixerat, que triduana mora *in corde terre* facta fuit per separationem anime a corpore et ipsius in infernum descensionem et corporis in sepulcro collationem, tamen, quia istud triduum per synodochen oportet accipi, cum non duraverit eius mors per tres dies integre, cum solum per totam istam diem hodiernam in sepulcro iacuerit, de aliis autem diebus solum partem tetigerit, possumus congrue huic diei appropriare eius secundum corpus in sepulcro pausationem et secundum animam in infernum descensionem et stationem. Et possumus  
35 tria que in istis tribus diebus contigerunt, scilicet mortem et passionem et in sepulcro secundum corpus <pausationem> et in inferno secundum animam stationem et ipsius resurrectionem, istis tribus diebus attribuere, ut scilicet sexte ferie attribuaturs eius passio, hodierno autem diei secundum corpus in sepulcro pausatio, secundum animam in infernum descensus et statio, diei autem crastine utriusque unio vel resurrectio.

40 Verum quia semper posterius includit prius, si volumus tractare de Christi secundum animam in infernum descensione et de ipsius secundum corpus in sepulcro pausatione, quod hodiernae diei dictum est attribuendum fore, oportet nos determinare de ipsius passione, que in istis includitur, et per consequens de passionis ratione.

45 Propter quod in verbis propositis ex *Trenis* sumptis quatuor prefata, scilicet Christi passio, passionis ratio, ipsius secundum animam ad infernum descensio, eius secundum corpus in sepulcro pausatio, per ordinem denotantur. Nam primum notatur cum dicitur: *Venatione ceperunt me quasi avem*; secundum cum subiungitur: *inimici mei gratis*; tertium autem cum annectitur: *lapsa est in lacum vita mea*; quartum vero cum subinfertur: *et posuerunt lapidem super me*. In primo membro notatur Christi patientia, in secundo eius innocentia, in tertio ipsius misericordia, in quarto eius providentia.

50 In primo enim membro ex eo quod *quasi avis* et voluntarie passionem sustinuit, quia, si non esset voluntas avis, cum eius esse sit in aere, ab hiis que in terra gradiuntur capi non posset, notatur eius patientia. De eo autem potest intelligi quod dicitur *Ysaie 53: sicut ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum*.

55 In secundo autem membro ex eo quod *gratis* et *sine causa*, ut Glossa interlinearis exponit, persequitur ab inimicis suis, insinuaturs eius innocentia. De ipso enim potest intelligi quod dicitur *Ysaie 53, quod peccatum non fecerit nec inventus fuerit dolus in ore eius*.

28-29 *Matth. 12, 39-40* || 31 per synodochen : cf. *infra*, sermo 15, li. 246; Thomas de Aquino, *Compendium theologiae*, I 236, ed. Leon., t. 42, li. 39-42 (p. 183b): "Non tamen per tres integros dies Christus mortuus remansit. Dicitur tamen tribus diebus et tribus noctibus in corde terre fuisse illo modo locutionis quo pars pro toto poni solet" || 42 dictum est : cf. *supra*, li. 33-34 || 52-53 *Is. 53, 7* || 54 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. g3 [= 175]r [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. III, p. 205], col. a, li. 2 (*interl.*) || 56 *Is. 53, 9*.

26 possumus *V*: possumus *P* || complere que dicta sunt *P*: que + *lacuna V* || exoneremur *V*: exhonoremur *P* || 27 cum Christo *V*: *om. P* || 28 esse tribus *P*: *lacuna V* || 29 que *P*: qui *V* || 30 in<sup>1</sup> *V*: *om. P* || descensionem *scripsi*: deceptionem *P* decensionem *V* || 31 synodochen *V*: synodocen *P* || 33 solum partem *P*: partem solis *V* || congrue *V*: proprie *P* || 35 istis *V*: hiis *P* || 36 pausationem *addidi* || 37 tribus diebus attribuere *P*: tribuere *V* || 39 utriusque *P*: utrius *V* || 40 Christi *P*: Christo *V* || 41 descensione *V*: descensus *P<sup>ac</sup>* descensionem *P<sup>pc</sup>* || et] statio *add. et del. P* || pausatione *scripsi*: pausationem *PV* || 42 de *V*: ad *P* || passione *V*: passionem *P* || 43 ratione *scripsi*: resurrectione *PV* || 44 quod *V*: *om. P* || *Trenis scripsi*: *trenesis (sic) PV* || Christi] prefatio *add. et del. P* || 45 ratio *scripsi*: resurrectio *PV* || 46 pausatio *V*: passatio *P* || 50 non *V*: *om. P* || 51 que *V*: qui *P* || 52 ovis *P<sup>ac</sup>V*: avis *P<sup>ac</sup>* || ducetur *V*: *om. P* || 53 obmutescet *scripsi*: omutesceret *P<sup>ac</sup>* omutescet *P<sup>pc</sup>* obtumescet *V* || 55 persequitur *V*: prosequitur *P* || 56 nec *P*: *om. V*.



Ex eo autem quod anima eius in infernum *lapsa <est>* sicut *in lacum*, ut in tertio membro dicebatur, ostenditur eius misericordia. Bene igitur poterant dicere [quod] qui in limbo erant: *miserere nostri, Domine, te enim expectavimus.*

Ex eo quod corpus eius in sepulcro pausavit, ut ostenderet mortem veram et resurrectionem ne crederetur forte fantasticam, que pausatio per impositionem lapidis super ipsum denotabatur, manifestabatur eius providentia. Providit enim Deus infirmitati nostre ut a nobis infidelitatis ramos amputaret, ut corpus Christi triduanam moram faceret in sepulcro ne crederemus ex illusionem sensuum evenisse quod contigit. Bene igitur unusquisque nostrum poterit dicere Domino Ihesu Christo quod Thobias dixit angelo Raphaeli, *Thobie 9: si me ipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentie tue.*

Notatur igitur primo Christi passio ex eo quod dicitur: *Venatione ceperunt me quasi avem*, in quibus verbis notatur passionis excellentia <quantum> ad quatuor. Nam passio, proprie loquendo, non dicitur mutatio quelibet, sed mutatio in illud quod est contra illud quod mutatur. Unde non [igitur] proprie patitur animal cum mutatur in sanitatem, sed cum mutatur in egritudinem, quia egritudo contrariatur nature animalis. Et si hoc bene advertimus, per verba proposita notatur excellens fuisse passio Ihesu Christi ex quatuor, quia quatuor in primo membro notantur, que maxime ipsi Christo contrariari videntur. Notatur enim primo quod passio illa fuerit excellens ex deceptione, cum esset sapientissimus; secundo, ex captione seu ex comprehensione, cum esset infinitus et simplicissimus; tertio, quia non solum in membris, sed etiam in persona propria habitus fuit abiectus et vilissimus; quarto, quia, cum esset *quasi avis* et deputandus esset cum celestibus, <deputatus> est cum iniquis et habitus est scleratissimus. Primum notatur cum dicitur: *Venatione*, hoc est *deceptione*, ut dicit Glossa interlinearis; secundum habetur cum subiungitur: *ceperunt*; tertium cum sequitur: *me*; quartum vero cum subinfertur: *quasi avem*.

Notatur enim primo quod passio Christi fuerit excellens ex eo quod primo dicitur: *Venatione*, hoc est *deceptione*. Nam si irrationalia decipiuntur, non est mirum, quia, cum non habeant apprehensivam universalium propositionum, que sunt principia artis et scientie, ut dicitur in fine libri *Posteriorum*, non habent per quod regulentur in rebus cognitis, et ideo de facili eorum extimativa deficit et fallitur. Rursus, si homo decipitur, non est contra rationem, quia, licet apprehendat universales propositiones, per quas regulatur in eliciendis conclusionibus, tamen, quia nostrum intelligere est cum continuo <et> tempore, ut scribitur in libro *De memoria et reminiscencia*, non statim visis principiis videmus conclusiones in principiis, et ideo in subassumendo decipimur. Rursus, si decipitur spiritus angelicus secundum suam naturam consideratus, forte admirationem non habet. Nam licet veritatem

58-59 Is. 33, 2 || 65-66 Tob. 9, 2 || 76-77 Marc. 15, 28: "Et impleta est Scriptura, quae dicit: Et cum iniquis reputatus est". Is. 53, 12: "cum scleratis reputatus est" || 77-78 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. g3 [= 175]r [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. III, p. 205], col. a, li. 1 (*interl.*) || 82 Arist., *An. Post.* II 19, 100 a 6-8 || 86 Arist., *De mem. et rem.* 1, 450 a 7-9.

57 est *addidi* || sicut *scripsi*: sive *PV* || in<sup>2</sup> infernum lapsa sicut (sicut *del.*) sive in *add. iter.* *P* || 58 eius *P*: enim *V* || dicere *V*: *om.* *P* || quod *delevi* || qui *V*: *om.* *P* || nostri *V*: mei *P* || 60 eo] enim *add.* *P* || 61 fantasticam *P*: fantasticum *V* || 62 ramos *dubitanter scripsi*: nullus *PV* || 63 crederemus *V*: credemus *P* || 64 contigit *scripsi*: con(tingi)t *P* contingit *V* || Domino] nostro *add.* *V* || 65 me ipsum *scripsi*: mo + *lacuna PV* || 66 tue *V*: sue *P* || 67 igitur *V*: etiam *P* || Christi passio *P*: *inv.* *V* || me *V*: *om.* *P* || 68 quantum *addidi* || 70 igitur *delevi* || proprie patitur *scripsi*: proprietati *P* proprietatis *V* || 71 si *V*: *om.* *P* || notatur] semper *add.* *V* || 76 et<sup>2</sup> *V*: *om.* *P* || deputatus<sup>2</sup> *addidi* || 77 cum<sup>1</sup> *V*: *om.* *P* || Primum *P*: primo *V* || 78 tertium *scripsi*: tertio *PV* || 81 irrationalia *scripsi*: in rationali *PV* || 82 *Posteriorum*] et *add.* *P* || 83 in *P*: a *V* || deficit *scripsi*: defecit *PV* || 85 tamen *P*: cum *V* || 86 et<sup>1</sup> *addidi* || principiis *V*: *om.* *P*.

90 apprehendat simpliciter, in quo superat brutum, non discurrat nec componat nec dividat, sed statim  
 ad apprehensionem alicuius cognoscat que sequuntur ex ipso, propter quod dicitur non discurrere,  
 cognoscat que sibi conveniunt, propter quod dicitur non componere, cognoscat que ab ipso  
 remouentur, propter quod dicitur non dividere, in quibus omnibus superat hominem, qui discurrit,  
 componit et dividit, tamen, quia non omnia simul cognoscit, potest aliquo modo deficere. Christus  
 95 autem, qui est Dei scientia et *Dei sapientia*, secundum quod dicitur <I> *Ad Corinthios* 1, nullo modo  
 defici potest. Tunc quia veritatem apprehendit simpliciter et uno intuitu omnia comprehendit  
 absque discursu, compositione et divisione, omnino contra rationem est quod decipiatur. Si igitur de  
 ratione passionis est quod sit contraria ei cui infertur, quanto magis est contraria, tanto excellentior  
 erit passio. Si igitur Christus captus fuit *venatione*, hoc est *deceptione*, ut Glossa interlinearis exponit,  
 ex ipso primo auctoritatis verbo potest haberi prima excellentia eius passionis. De hoc potest  
 100 intelligi quod dicitur *Sapientie* 2: *circumveniamus ergo iustum* tendendo contra ipsum decipulas et  
 deceptiones — *iustum*: hoc est Christum, ut Glossa interlinearis exponit —, *quoniam inutilis est*  
*nobis et contrarius operibus nostris*.

Secundo denotatur excellentia passionis eius ex eo quod subditur: *ceperunt me*. Nam capere est  
 aliquo modo comprehendere. Et ideo, si corpora capiuntur, non est mirum. Nam cum habeant  
 105 quantitatem dimensionem, possunt circumscribi et comprehendi. Rursum, si anime capiuntur,  
 non habet forte admirationem. Nam licet quantitate dimensionem careant, habent tamen naturam  
 finitam, quia recipiuntur in corporibus et omne quod recipitur in aliquo finitur per recipiens, cum  
 recipiatur secundum recipientis modum. Et ideo anima aliquo modo capitur et comprehenditur a  
 corpore ex eo quod diffinitur in corpore et non extendit se extra corpus. Rursum, si spiritus angelicus  
 110 comprehenditur, forte non contrariatur rationi. Nam licet natura intelligentie sit natura infinita ex  
 eo quod non recipitur in aliqua materia, esse tamen eius finitum est, quia recipitur in natura, propter  
 quod composita dicitur ex finito et infinito, quia componitur ex natura et esse. Et quia agere sequitur  
 esse, cum quicquid agit agat secundum quod est in actu, ex quo esse est finitum, erit et actio limitata.  
 Et ideo virtus, que est immediatum principium actionis, in eis limitata erit. Et quia non habent  
 115 quantitatem nisi virtuales, secundum huiusmodi quantitatem comprehensibiles sunt. Deus autem,  
 qui est ipsum esse, incomprehensibilis est, et contra rationem eius est quod capiatur. Et ideo dicitur  
 secundo *Paralipomenon* 6 de Deo: *celi celorum non te capiunt*. Et quia persona illa et homo ille semper  
 supposebat suppositum eternum et ypostasim Verbi, Deus ipse capiebatur. Et quia hoc contrariatur  
 divine nature, possumus et in hoc secundo notare excellentiam passionis.

94 I Cor. 1, 24 || 98 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. g3 [= 175]r [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. III, p. 205], col. a, li. 1 (*interl.*) || 100-102 *Sap. 2*, 12 || 101 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. [b5 = 37]r [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. II, p. 725], col. a, li. 4 *ab imo* (*interl.*): “scilicet Christum qui peccatum non fecit” || 117 II *Paral.* 6, 18.

89 quo *V*: ss<sup>o</sup> *P* || non *P*: nec *V* || 91 cognoscat<sup>1</sup> *scripsi*: quod noscat *PV* || que<sup>1</sup> *V*: *om.* *P* || cognoscat<sup>2</sup> *scripsi*: quod noscat *PV* || 92 quibus *P<sup>o</sup>V*: quibusdam *P<sup>o</sup>* || discurrit *P*: disponit *V* || 93 non *V*: in *P* || 94 est *V*: *om.* *P* || I *addidi* || *Corinthios* *V*: *om.* *P* || 95 comprehendit *V*: apprehendit *P* || 96 omnino *P*: *om.* *V* || 97 passionis *P<sup>o</sup>V*: passione *P<sup>o</sup>* || quanto *V*: tanto *P* || est contraria *mg.* *P* || 99 excellentia eius *scripsi*: eius excellentia *PV* || 100 iustum *V*: istum *P* || tendendo *V*: temptando *P* || decipulas *V*: discipulas *P* || 103 ex *s.l.* *P* || 104-106 est mirum nam — capiuntur non *V*: *om.* *hom.* *P* || 106 licet *V*: *h.* *P* || naturam] dimensionem *add. et del.* *P* || 108 recipiatur *P<sup>o</sup>V*: recipitur *P<sup>o</sup>* || et<sup>2</sup> *P*: *om.* *V* || 111 in<sup>1</sup> *V*: *om.* *P* || 112 composita *P*: compositio *V* || 113 finitum *V*: infinitum *P* || 114 que *P*: quia *V* || est] in *in fine lineae add.* *P* || 115 nisi *V*: *om.* *P* || 116 esse *P*: est *V* || 118 quia hoc *V*: *inv.* *P*.

Tertio notatur huius passionis excellentia ex eo quod subiungitur: *me*. Nam aliquis contrariatur alicui ex eo quod infert iniuriam in personam sibi coniunctam, ut in amicum, vel in personam sibi subditam, ut in ancillam, sed maxime contrariatur ei, cum infert sibi iniuriam in propriam personam. Et ideo potest dolere Christus de Iudeorum nequitia et dicere: non solum in membra intulerant iniuriam, sed *me venatione ceperunt* et michi iniuriati sunt. Ipse enim est ille *pastor bonus* qui posuit *animam suam pro ovibus suis*, quo percusso disperse sunt oves gregis. 120

Possumus tamen istam excellentiam passionis in hoc verbo *me* aliter denotare, ut scilicet admirative legatur et Christus admirando de se dicat: *Venatione ceperunt me*, scilicet qui veritatem locutus sum eis? Et ideo ipse dicebat Iudeis: *hominem qui vera <locutus> sum vobis queritis interficere?* Vel: *me*, scilicet *ceperunt* <hi> quibus tot bona contuli, quos creavi, quos possedi, quos peculiarem populum accepi. Recte ergo poterat dici Iudeis ipsum capientibus quod dicitur *Deuteronomii* 32: *generatio prava atque perversa, heccine reddis Domino, popule stulte et insipiens? Numquid non ipse pater tuus, qui possedit te et fecit et creavit te?* Et ex hoc apparet ipsam iniuriam Christo illatam fuisse maximam. Nam cum aliquis iniuriam sustinet ab eo cui iniuriatus non est, <est> iniuria maior, sed si homo sustinet iniuriam ab eo cui non solum non est iniuriatus, sed etiam beneficia contulit, potest dici iniuria maxima, et sic fuit hic. 125

Quarto notatur huius passionis excellentia ex eo quod quarto loco in auctoritate subinfertur: *quasi avem*. Nam cum avis locus sit aer magis quam terra, unde et in ornatum aeris facte dicuntur, contra naturam earum videtur ut a terrenis patiantur. Unde et hoc passionem aggravare videtur. 130

Cum igitur tot modis dicitur excellens esse Christi passio, tum quia per deceptionem commissa, ut per Iude prodicionem, tum quia per captionem effecta, ut per plebis comprehensionem, tum quia in personam propriam illata, ut proprii corporis flagellatione et crucifixione, tum quia, cum avis esset et deberet deputari cum celestibus, *deputatus est* cum terrenis et *cum iniquis*, bene igitur poterat dicere Christus quod dicitur *Trenorum* 1: *o vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte si est dolor sicut dolor meus*. 135

Posita igitur Christi passione, ponitur passionis ratio sive causa cum subiungitur: *inimici mei gratis*. Causa autem relationem importat; relatio autem videtur esse quidam ordo relativorum ad invicem; et ideo ex ordine et respectu eius ratio sumi potest. Respectus autem ibi duplex attendi potest: primus Iudeorum ad Christum; secundus Christi ad redimendam plebem. 140

Si secundum primum respectum rationem sumere volumus passionis Christi, ratio est rationem non habere. Nam sine ratione et sine causa persequebantur Iudei Christum. Et istum intellectum 145

124-125 *Iob.* 10, 11 || 128 *Iob.* 8, 40 || 130-132 *Deut.* 32, 5-6 || 142 *Marc.* 15, 28: “Et impleta est Scriptura, quae dicit: Et cum iniquis reputatus est”. *Is.* 53, 12: “cum sceleratis reputatus est” || 143-144 *Thren.* 1, 12.

120 huius *P*: huiusmodi *V* || aliquis *V*: quis *P* || 121 personam<sup>1</sup> *scripsi*: persona *PV* || coniunctam *P*: coniuncta *V* || personam<sup>2</sup> *V*: persona *P* || 123 et dicere non solum *iter*. *P* || intulerant *V*: intitillerant *P<sup>ac</sup>* intilerant *P<sup>pc</sup>* || 124 iniuriam *V*: iniustitia *P* || 125 quo *V*: qui *P* || 126 me *V*: *om.* *P* || 127 veritatem *V*: virtutem *P* || 128 ideo *V*: r(ati)o *P* || vera *P*: vero *V* || locutus<sup>2</sup> *addidi* || 129 hi *addidi* || 130 deuter. *P*: de utro *V* || 131 heccine *V*: eccine *P* || 132 tuus qui *V*: cuius quod *P* || 133 non *s.l.* *P* || est<sup>2</sup> *addidi* || 135 dici iniuria *P*: *inv.* *V* || 136 Quarto] modo *add.* *V* || 137 aer magis *V*: magis sit aer *P* || terra] et *add. et del.* *P* || 138 earum *V*: eorum *P* || et] in *add.* *P* || passionem *V*: passione *P* || aggravare] et *praem.* *V* || 139 igitur tot *P<sup>pc</sup>V*: tot igitur *P<sup>pc</sup>* || dicitur *P*: *om.* *V* || esse *scripsi*: est *PV* || tum *P*: tamen *V* || 140 per<sup>1</sup> *scripsi*: pro *PV* || tum<sup>1</sup> *P*: tamen *V* || 143 qui *s.l.* *P* || 145 Christi *V*: *om.* *P* || passionis ratio *V*: rationis passionis *P<sup>ac</sup>* ratio passionis *P<sup>pc</sup>* || 146 videtur *P<sup>pc</sup>V*: inportat *P<sup>ac</sup>* || 147 sumi *V*: sum *P* || ibi duplex *V*: sibi dupliciter *P* || 148 redimendam *V*: redimenda *P* || 149 respectum] redimenda *add. et del.* *P* || ratio est *P<sup>pc</sup>V*: rationem autem *P<sup>ac</sup>*.

tradit Glossa interlinearis exponens *gratis*, hoc est *sine causa*, in quo Christi innocentiam denotare possumus ex quo *sine causa* capitur. Et si bene consideramus ordinem verborum, non solum innocentia, sed summa innocentia Christi haberi potest. Nam aliqui magis sunt qui publice nocent et passionis istorum ab omnibus causa comprehendi potest quare pati debeant. Aliqui sunt qui solum occulte nocent et malitia istorum solum a secretariis et amicis eorum comprehendi potest. Aliqui sunt qui non faciunt malum in publico nec in occulto, non tamen cavent sibi a specie mali, et tales innocentes sunt, sed non habent omnem innocentie modum. Et licet tales simpliciter non comprehendantur esse mali, tamen ab inimicis eorum secundum veritatem allegatam possunt iudicari esse mali ex eo quod ipsi inimici falsos testes adducunt qui tamen proferant aliqua habentia speciem mali, adhibetur eis aliquando fides et mali reputantur. Christus autem, qui palam mundo loquebatur et in occulto locutus erat nichil, sed *cotidie docens in templo* opera sua omnibus patere poterant, cum pharisei et principes sacerdotum, qui minitabantur eum, adduxissent multos falsos testes, non poterant habere sufficiens testimonium, adeo ut Pilatus dixerat quod *nullam causam* mortis inveniebat in eo. Patet igitur quod ex eo quod *inimici* sui ceperunt ipsum *gratis*, hoc est *sine causa*, datur intelligi quod fuit simpliciter innocens, quia non solum a malo, sed a specie mali sibi cavit. Querere igitur rationem passionis Christi ratio est rationem non habere.

Si autem consideremus causam et respectum ad nos, tunc ratio est redemptio nostra, ut scilicet nos redimat a peccatis. Et ideo dicitur *Ad Romanos* 5 et *Ysaie* 54: *vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit*. Et tunc *gratis* Christus capitur, non quod *sine causa*, sed quia pro peccatis nostris, que nichil sunt, ut ratio eorum in adversione consistat, que de se non est ens, sicut et privationes cetera.

Postquam autem posita est Christi passio et passionis ratio, recte subditur anime ad infernum descensio cum dicitur: *lapsa est in lacum vita mea*. Vita enim vel vivere durationem importat. Nam tamdiu viventia durant quamdiu ex eis vita non deficit. Duratio autem quedam mensura est rei; mensura autem, cum ad cognitionem faciat, ut patet ex X *Metaphysice*, ex actu sumi debet; et ideo materialia propter potentialitatem dicuntur in potentia cognoscibilia. Actus autem tripliciter considerari potest in unaquaque re, scilicet actus simpliciter primus, actus ultimus et actus medio modo se habens, qui est primus respectu ultimi et secundus respectu primi. Actus simpliciter primus est natura rei et forma eius. Et ideo, cum diffinitur anima ut forma [et ut actus] corporis, diffinitur ut actus. Actus ultimus est operari. Actus medio modo se habens est esse, qui est secundus respectu nature, a qua egreditur, et primus respectu agere. Nam agere videtur presupponere esse ut esse naturam. Et secundum istum triplicem actum vita tripliciter dici potest: vel quod ipsa forma vel anima dicatur vita, vel quod ipsum esse dicatur vita, vel quod actiones et ea per que vita comprehenditur inesse

151 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. g3[= 175]r [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. III, p. 205], col. a, li. 2 (*interl.*) || 161 *Marc.* 14, 49; *Luc.* 19, 47 || 163 *Iob.* 19, 4 || 168-169 *Is.* 53, 4. Cf. *Rom.* 5, 8-9: “cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est; multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum” || 169 sine causa: cf. *supra*, li. 151 || 175 *Arist.*, *Metaph.* X 1, 1052 b 20-25.

154 causa *P*: tam *V* || 156 et tales *V*: equales *P* || 159 proferant *V*: poterant *P* || 160 loquebatur *P<sup>pc</sup>V*: loquebantur *P<sup>pc</sup>* || 161 patere *V*: *om.* *P* || 162 qui *P*: *om.* *V* || minitabantur eum *scripsi*: immutabantur cum *PV* || adduxissent *V*: adduxisset *P<sup>pc</sup>* addixisset *P<sup>pc</sup>* || 165 simpliciter *scripsi*: simplex *PV* || 166 ratio est rationem *mg.* *P* || 173 lacum *V*: locum *P* || enim vel *scripsi*: est scilicet *PV* || importat *V*: importet *P* || 174 durant] viventia *add. et del.* *P* || eis *V*: *om.* *P* || 175 X *scripsi*: 4<sup>to</sup> *P* xpo *V* || 176 tripliciter *P*: triplex *V* || 179 ut<sup>1</sup> *scripsi*: cum *P* aut *V* || et ut actus *delevi* || 180 operari *V*: opert’o *P* || qui *P*: quod *V* || secundus respectu *scripsi*: secundum respectum *PV* || 181 qua *V*: quo *P* || et *V*: *om.* *P* || 181-182 naturam et secundum istum *V*: et actum *P* || 183 et] etiam *add.* *P*.

alicui dicantur vita. Primo modo vita dicitur effective vel causaliter. Nam anima est vita quia vitam causat, non quod sit ipsa vita essentialiter. Secundo modo vita essentialiter sumitur. Nam ipsum vivere essentialiter est ipsum esse, iuxta illud quod legitur in primo *De anima: vivere viventibus est esse*. Tertio modo accipitur vita secundum signum et representabiliter. Nam huiusmodi actiones et alia per que comprehenditur vita inesse vitam representant et sunt signa vite.

Secundum primum modum accipiendi vitam, <vita> comparatur labenti aque. Nam sicut aqua que labitur non est eadem numero, sed eadem specie, et tributus est lapsus aquis ut se sic in esse continent, iuxta illud *Ecclesiastes 1: ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant*, sic tributa est generatio materie viventium ut se in suo continuet simili. Nam generatio opus nature esse dicitur, et ideo natura rei viventis sive vita eius ad modum aque videtur labi, cum se solum continuet in similitudine speciei. Et istum modum loquendi habemus II *Regum 14: omnes morimur et quasi aque dilabimur in terram que non revertuntur iterum eodem numero*.

Secundo modo, vita, prout accipitur pro esse, comparatur vapor. Vapor autem est quid indivisibile quodam modo et parum durans et virtute supercelestium existens. Sic et esse nostrum parum durans est et indivisibile est. Nam si esse accidentium habet <...>, ab eo non sumitur ratio vite, sed ab esse substantialis forme, quod est esse puntuale et virtute supercelestium existit. Et iste modus loquendi traditur *Iacobi 4: que est vita vestra? vapor est ad modicum parens*.

Secundum tertium modum accipiendi vitam, vita comparatur tele. Nam ea per que potest comprehendi vita inesse duo sunt, scilicet fluxus et refluxus spirituum et proportio sive armonia que concomitatur vitam. Fluxus autem spirituum in nobis triplex est. Nam in nobis sunt tria membra principalia, scilicet cor, epar et cerebrum. Et est triplex spiritus in nobis, scilicet vitalis, naturalis et animalis. Vitalis fluit a corde, naturalis ab epate, animalis a cerebro. Primus fluit per arterias, secundus per venas, tertius per nervos, per quos sensus diffunditur. Et licet omnes isti spiritus radicaliter a corde sumant originem, quia cor videtur esse primum membrum in animali formatum, ut fundamentum in domo, possunt tamen appropriari modo predicto ex eo quod iste fluxus magis est evidens. Iste enim spirituum fluxus est signum vite, quia durante vita semper aliquo modo durat fluxus huiusmodi.

Proportio autem in nobis, que videtur aliquo modo consequi ad vitam, triplex est, quia vel est proportio humorum, et tunc dicitur sanitas, vel est proportio nervorum et ossium, et tunc dicitur fortitudo, vel est proportio membrorum et colorum, et tunc dicitur decor. Hee autem proportionem videntur bene stare cum vita, et ideo videmus quod, cum aliquis ad interitum per egritudinem appropinquat, inequantur humores et fugit sanitas, immutantur colores, attenuantur membra et recedit decor, debilitantur virtutes nervorum et ossium et deest fortitudo.

186 Arist., *De Anima*, II 4, 415 b 13 || 191 *Eccl.* 1, 7 || 194-195 II *Reg.* 14, 14 || 200 *Iac.* 4, 15.

184 vitam *P*: vita *V* || 185 quod *V*: *om.* *P* || 186 illud *V*: id *P* || primo *PV*: *re vera* secundo || vivere<sup>2</sup>] in *add.* *P* || 187 vita *P*: *om.* *V* || representabiliter *P*: representaliter *V* || huiusmodi *V*: huius *P* || 188 representant *scripsi*: representat *PV* || 189 vita *addidi* || 190 aquis *V*: aliquis *P* || 191 continuent *scripsi*: continuentur *P* continuerunt *V* || 192 continuet *scripsi*: continuetur *PV* || simili *P*: simile *V* || 194 II *V*: *om.* *P* || 14 *scripsi*: 54 *PV* || 195 aque *P*: aqua *V* || iterum eodem *scripsi*: verum e(st) idem *P* m'n idem *V* || 196 vapor] et *add. et del.* *P* || 197 durans<sup>1</sup> *V*: durant *P* || supercelestium] corporum *add. et del.* *P* || 198 esse<sup>1</sup> *V*: omne *P* || *lacunam praebe* *P* || 199 substantialis *V*: substantiali *P* || est *s.l.* *P* || virtute *P*: virtus *V* || 200 vita vestra *V*: *inv.* *P* || 202 et refluxus spirituum *scripsi*: spirituum et refluxus *PV* || proportio sive armonia *scripsi*: proportionem sive armonie *PV* || 203 concomitatur *V*: comunicatur *P* || Nam *V*: non *P* || 204 vitalis] et *add.* *V* || 205 fluit<sup>1</sup> *V*: fuit *P* || secundus *P<sup>pc</sup>V*: sensus *P<sup>ac</sup>* || 206 quos *V*: quas *P* || radicaliter *V*: radicialiter *P* || 207 cor videtur *V*: *inv.* *P* || 208 tamen *s.l.* *P* || magis est *P*: *inv.* *V* || 209 semper aliquo *iter.* *P* || huiusmodi *P*: *om.* *V* || 210 Proportio autem *scripsi*: proportionatur *PV* || 214 appropinquat *P<sup>pc</sup>V*: appropinquatur *P<sup>ac</sup>*.

Et si hec consideramus, invenimus ibi protensiones quasdam et fluxus spirituum, que dicuntur quasi fili, et invenimus ibi proportiones, que videntur esse ordo filorum, propter quod tela quedam videtur inde constitui. Et ideo secundum modum istum vita nostra comparatur tele. Et iste modus loquendi habetur *Ysaie 38*, ubi dicitur: *precisa est velut a texente vita mea; dum adhuc ordier, succidit.*

220 Et licet vita secundum diversas acceptiones diversis assimiletur, communiter tamen loquendo, quelibet terminatio vite poterit dici lapsus. Nam illud proprie labitur quod deficit. Et quia per remotionem anime a corpore deficiunt actiones et proportiones, que sunt signum vite, deficit esse corpori communicatum, quod formaliter est ipsum vivere, deficit et anima, a qua causaliter est huiusmodi vita. Ergo simpliciter per separationem anime a corpore vita labitur. Et secundum istum  
225 modum possumus dicere quod Christus dicit: *lapsa est vita mea*, quia vere anima a carne separata fuit, ex qua separatione vita in ipso defecit.

Possumus tamen [et hoc] de ipso corpore Christi in se et in suis membris lapsum vite ostendere. Nam ex eo quod realiter anima eius a corpore separata fuit et non dabat vivere corpori nisi mystice, ea per que comprehenditur vita inesse tam secundum proportiones quam secundum actiones in  
230 ipso defecerunt. Dicebatur enim quod tres erant <proportiones, que sunt> vite signum, <scilicet> pulcritudo, sanitas et fortitudo. Hec autem tria defecerunt in Christo quantum ad Iudeorum reputationem. Nam quantum ad eorum reputationem defecerunt ei species et decor. Unde dicitur *Ysaie 53*: *non est species ei neque decor*. Secundo, defecit in ipso fortitudo, unde reputatus est homo infirmus et nullius valoris neque fortitudinis. Unde ibidem dicitur: *desideravimus eum despectum*  
235 *et novissimum virorum, virum dolorum et scientem infirmitatem*. Unde sequitur: *nec reputavimus eum*. Tertio, defecit in ipso sanitas. Unde ibidem scribitur: *et nos reputavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo*.

Rursum, mystice possumus dicere quod defecit in ipso vita prout <...> ex fluxu et refluxu spirituum. Nam defecit in ipso fluxus spiritus vitalis a corde ex eo quod divinitas ipsum in passione non protexit  
240 et eum a Iudeis non liberavit. Unde et ipse in passione dicit: *Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Rursum, defecit in ipso fluxus spiritus animalis a cerebro. Nam secundum huiusmodi fluxum accipitur cognitio, et ratio superior, que est quasi cerebrum, huiusmodi passionem acceptabat. Nam cum ille considerabat finem, concordabat cum Deo in volito et secundum illam <concordiam> potest intelligi quod Dominus dicit: *fiat voluntas tua*. Rursum, defecit in ipso fluxus spiritus  
245 naturalis ab epate. Nam naturaliter vires inferiores superioribus sunt coniuncte. Unde et gaudium superiorum in inferiores vires naturaliter redundat. Iste autem fluxus in passione destitit. Non enim fuit redundantia superiorum ad inferiora ut temperaretur passionis dolor.

219 *Is.* 38, 12 || 230 Dicebatur : cf. *supra*, li. 210-215 || 233 *Is.* 53, 2 || 234-235 *Is.* 53, 2-3 || 235-236 *Is.* 53, 3 || 236-237 *Is.* 53, 4 || 240 *Matth.* 27, 46; *Marc.* 15, 34 || 244 *Matth.* 26, 42.

216 hec *P*: hoc *V* || invenimus *P<sup>o</sup>V*: invenimus *P<sup>o</sup>* || 216-217 quasdam — invenimus ibi proportiones *V*: *om. hom. P* || 217 filii *scripsi*: filii *V deest P* || filorum *P<sup>o</sup>V*: filiorum *P<sup>o</sup>* || 219 38 *P*: 34 *V* || ordier *V*: ordieret *P* || 221 terminatio *V*: terminando *P* || poterit *scripsi*: poterat *PV* || 224 simpliciter *P*: simplex *V* || 225 possumus] tamen et hoc de ipso corpore (cf. *infra*, li. 227) *add. et per vacat del. P* || dicit *scripsi*: dicat *PV* || 226 separatione *V*: separata *P* || 227 et hoc *delevi* || hoc de *iter. P* || 228 dabat *P*: dabit *V* || corpori nisi *scripsi*: nisi corpori *PV* || 230-231 Dicebatur enim — Hec autem tria defecerunt *V*: *om. hom. P* || 230 proportiones que sunt *addidi* || scilicet *addidi* || 233 53 *P*: 52 *V* || defecit *V*: deficit *P* || 234 nullius *V*: nulli *P* || 236 quasi *V*: quod *P* || 238 *lacunam praebebat P* || et *P*: in *V* || 240 dereliquisti *V*: derelinquisti *P* || 241 fluxus *V*: fluxum *P* || spiritus] spiritum *prae. et del. P* || 242 accipitur *V*: *om. P* || 243 concordiam *dubitanter addidi* || 244 Rursum] non *add. et del. P* || defecit *P*: deficit *V* || 246 superiorum *V*: superiorum *P* || in<sup>1</sup> *V*: *om. P* || vires *V*: vices *P* || destitit *V*: desistit *P* || 247 superiorum *V*: superiorum *P*.

Rursum autem [et] ista non solum defecerunt in corpore Christi in se considerato, sed etiam in membris eius. Nam in membris eius defecit fluxus spiritus animalis a cerebro ex eo quod aliquo modo defecit in eis fides. Propter quod hec corona de capite eorum cecidisse dicitur. Unde super illud verbum *Trenorum* 4: *cecidit corona capitis nostri*, dicit Glossa marginalis: *fides quoque, dum integritatem amittit, quasi corona de capite cadit*, et proprie tunc *corona de capite cadit* cum caput desinit quodam modo esse caput et non <fluit> fluxus animalis spiritus ab ipso sive spiritus cognoscitivus, quod ad fidem referri potest, cuius obiectum est veritas. 250

Secundo, defecit in eis fluxus spiritus naturalis ab epate. Unde et *Trenorum* 2 legitur: *effusum est in terra iecur meum*. Nam, secundum Glossam marginalem, in iecore reservatur concupiscentia et quod concupiscimus [stamus]. Tunc igitur effunditur *in terra iecur* nostrum, quando, desperati de celestibus, vertimur ad terrena. Hoc autem discipulis contigit. Unde in *Luce* ultimo legitur discipulos euntes in Emaus dixisse Domino: *Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus Israel*, quasi dicerent: iam desperamus de hoc. 255 260

Tertio, defecit in eis fluxus spiritus vitalis a corde ex eo quod refriguit caritas eorum. Et ideo increpando poterat <Dominus dicere> cuilibet discipulorum quod scribitur *Trenorum* 2: *effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini*, et si [secundum] cor tuum congelatum est ex eo quod refriguit in te caritas, [sed] *effunde cor tuum sicut aquam*, hoc est per accensum caritatis glacies in corde tuo dissolvantur et liquefiant, propter quod spiritualis motus effusio impediri non valeat. 265

Defecit etiam in discipulis vita quantum ad proportiones pretactas. Nam in ipsis discipulis defecit decor et pulcritudo. Unde de eis potest intelligi quod dicitur *Trenorum* 1<sup>o</sup>: *egressus est a filia Syon omnis decor*. Defecit etiam in eis fortitudo. Nam ipse Petrus, qui erat caput ecclesie, tante debilitatis fuit in tempore passionis quod *unius mulieris voce percussus, dum mori timuit, vitam negavit*. Defecit etiam in eis sanitas, quia conformes non fuerunt. Bene igitur in persona Christi dici poterat: *lapsa est vita mea*. 270

Verum quia omne quod labitur in aliquem terminum labitur, ideo ponitur terminus in quem est lapsa cum subditur: *in lacum*, hoc est in limbum sanctorum patrum. Unde possumus dicere quod ea que in discipulis defecerunt, in sanctis patribus fuerunt aliquo modo restaurata. Nam Christo descendente ad limbum, ibi descendit fortitudo. Nam cum quesitum fuit *quis esset ille rex glorie*, 275

251 *Thren.* 5, 16 || 251-252 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. [g7 = 179]v [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. III, p. 214], col. b, mg. inf., li. 18-19 || 255-256 *Thren.* 2, 11 || 256-257 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. [g3 = 170]r [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. III, p. 195], col. a, mg., li. 13-15: “Aiunt enim phisici quod in iecore voluptas et concupiscentia habeantur” || 259 *Luc.* 24, 21 || 262-263 *Thren.* 2, 19 || 266 pretactas: cf. *supra*, li. 210-215 || 267-268 *Thren.* 1, 6 || 269 Gregorius Magnus, *Homiliae in Evangelia*, hom. XXX, 8, ed. R. Étaix, Brepols, Turnhout 1999 (Corpus Christianorum. Series Latina, 141), li. 222-223 (p. 264): “Vna enim mulieris uoce percussus, dum mori timuit, uitam negauit”.

248 et *deleui* || considerato *scripsi*: considera *P* considerare *V* || 251 verbum *scripsi*: verbo *PV* || cecidit corona *V*: om. *P* || nostri *V*: vestri *P* || marginalis *scripsi*: ymarginalis (*sic*) *PV* || 252 capite<sup>1</sup> *P<sup>pc</sup>V*: capitis *P<sup>ac</sup>* || 253 fluit *addidi* || cognoscitivus *scripsi*: cognitivus *P* cognoscitivi *V* || 254 cuius *scripsi*: eius *PV* || 256 marginalem *scripsi*: ymarginalem (*sic*) *PV* || 257 stamus *deleui* || 258 Hoc *scripsi*: hec *P* hic *V* || Unde] et *add.* *P* || 262 Dominus dicere *addidi* || 263 aquam *scripsi*: aqua *PV* || si *scripsi*: sic *PV* || secundum *deleui* || 264 sed *deleui* || 265 in corde tuo *V*: om. *P* || effusio *scripsi*: efusus *P* effusus *V* || 267 1<sup>o</sup> *P*: om. *V* || est *V*: om. *P* || 270 quia *V*: om. *P* || 273 limbum *V<sup>pc</sup>*: lumbum *PV<sup>ac</sup>* || quod *V*: per *P* || 275 limbum *V*: lumbum *P* || fuit *P*: fuisset *V*.

responsum est: *Dominus fortis et potens*. Rursum, ibi descendit pulcritudo, quia limbum illuminavit et decoravit. Ibi etiam descendit sanitas ex eo quod, soluto pretio, sanctos patres curavit et eis quodam modo sanitatem tribuit, ut possent illam <lucem> respicere quam ante respicere non valebant. Fuit etiam ibi motus vitalis spiritus ex eo quod sancti patres ascenderunt in illius eterne vite dulcedinem secundum caritatis radicem. Et fuit ibi motus animalis spiritus ex eo quod fidei cessit visio, et naturalis ex eo quod spei cessit tentio.

Ultimo ponitur corporis eius in monumento pausatio ex eo quod subditur: *posuerunt lapidem super me*, quia ad litteram, cum corpus in monumento pausavit, lapis *advolutus est ad hostium monumenti*, ut Glossa interlinearis et marginalis exponit. Ita et nos debemus facere quod Christum, qui est lapis et petra secundum illud Apostoli: *petra autem erat Christus*, debemus habere super nos, hoc est ut signaculum cordis, ut scilicet ipsi conformes existentes simus participes resurrectionis eius et vite eterne. Ad quam nos perducat qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

276 Ps. 23, 8. Cf. *Evangelium Nicodemi*, Pars II (*Descensus Christi ad inferos*), ed. C. Tischendorf, Mendelssohn, Leipzig 1876<sup>2</sup>, textus latinus A, cap. V (XXI), p. 398: “Et facta est vox magna ut tonitruum dicens: Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portae infernales, et introibit rex gloriae. Videns inferus quia duabus vicibus haec clamaverunt, quasi ignorans dicit: Quis est rex gloriae? Respondens David ad inferum ait: Ista verba clamoris cognosco, quoniam ego eadem per spiritum eius vaticinatus sum. Et nunc quae supra dixi dico tibi: Dominus fortis et potens, dominus potens in proelio, ipse est rex gloriae”; textus latinus B, cap. VII (XXIII), p. 428: “Et iterum facta est vox filii patris altissimi quasi vox tonitruum dicens: Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portae aeternales, et introibit rex gloriae. Tunc Satanas et infernus clamaverunt dicentes: Quis est iste rex gloriae? Responsumque est illis voce dominica: Dominus fortis et potens, dominus potens in proelio” || 283-284 *Biblia latina cum glossa ordinaria*, ed. Rusch, vol. III, f. g3 [= 175]r [= *Facsimile Reprint*, cit., vol. III, p. 205], col. a, li. 4 (*interl.*): “qui advolutus est ad hostium monumenti ne resurgerem” || 285 I *Cor.* 10, 4.

276 limbum *V*: lumbum *P* || 278 lucem *addidi* || 281 visio *scripsi*: in suo *P* visio *V* || eo *V*: *om.* *P* || 282 quod *s.l.* *P* || 284 marginalis *scripsi*: ymarginalis (*sic*) *PV* || 285 et] terra *add. et del.* *P* || secundum *scripsi*: super *PV* || erat *V*: esset *P* || 286 simus *V*: sumus *P* || resurrectionis *P*: rationis *V* || 287 qui est benedictus *V*: *om.* *P*.



*Sermo in resurrectione Domini*  
(n° 15)

*Numquid ingressus es profunda maris et in novissimis abyssis deambulasti? Numquid aperte sunt tibi porte mortis et ostia tenebrosa vidisti?* Quilibet predicator et annunciator verbi Dei ordinator aliorum esse debet. Et inde est quod, quia principale et formale in pulcritudine est ordo, pedes predicatoris describuntur speciosi et pulcri, iuxta illud *Ysaie: quam speciosi pedes evangelizantium bona, evangelizantium pacem!* Inde est etiam quod, quia ordo omnia capit et omnia comprehendit, quia nichil est in universo ordinis omnino expers, predicatorum, qui alios ordinare debent, dicuntur captores hominum. Propter hoc dixit Dominus: *retro sequere me. Ex hoc enim homines eris capiens.* Cum igitur quodlibet agens agat ut est in actu, qui debet alios ordinare et perficere in se ipso ordinatus et perfectus debet esse. Quod enim debet alia calefacere in se ipso calidum debet esse. Et si contingat non calidum calefacere, non est agens univocum, sed equivocum. Sic in se perfectus debet esse qui alios perficere cupit. Et si aliquis in se inordinatus alios ordinare debet quasi agens equivocum, non esset congruus minister officii assumpti.

Principales autem potentie anime ordinande in nobis sunt intellectus et affectus. Debet ergo predicator esse ordinatus et perfectus in se habendo intellectum perfectum per Scripturarum cognitionem. Debet etiam habere perfectum et ordinatum affectum per conscientie discussionem. Et postquam in se ordinatus et perfectus est quantum ad intellectum et affectum, debet aliorum intellectum et affectum ordinare et perficere. Nam debet alios inducere ad affectum perfectum per peccatorum detestationem et ad illuminatum intellectum per doctrinam et instructionem.

Hec ergo quatuor sunt predicatori necessaria, videlicet Scripturarum cognitio, proprie conscientie discussio, peccatorum aliorum detestatio et ipsorum instructio et illuminatio. Hec autem quatuor in verbis propositis denotantur. Nam Scripturarum cognitio habetur cum dicitur: *Numquid ingressus es profunda maris*; proprie conscientie discussio manifestatur cum subiungitur: *et in novissimis abyssis deambulasti*; peccatorum detestatio declaratur cum annectitur: *Numquid aperte sunt tibi*, id est a te, *porte mortis*; auditorum vero instructio et illuminatio ostenditur cum subinfertur: *et ostia tenebrosa vidisti.*

Habet ergo predicator Scripturarum cognitionem cum ingreditur *profunda maris*. Scriptura enim et potissime divina, cuius cognitionem predicator habere debet, assimilatur mari propter eius excellentiam et profunditatem. Ideo dicitur in *Psalmo* quoniam *in mari via tua et semite tue in aquis multis. Via tua*, id est via per quam pervenitur ad te, est *in mari*, id est invenitur in Scriptura Sacra, que assimilatur mari, *et semite tue*, per quas ad te dirigimur, sunt *in aquis multis*, id est in Scriptura Sacra, que propter sui profunditatem dicitur aque multe. Conscientie autem discussionem habet predicator, si *in novissimis abyssis* deambulat. Peccata enim possunt dici novissima, quia deducunt ad

2-3 *Iob*, 38, 16-17 || 5-6 *Rom.* 10, 15: "sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!". Cf. *Is.* 52, 7: "Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem, annuntiantis bonum!"; *Nab.* 1, 15: "Ecce super montes pedes evangelizantis et annuntiantis pacem" || 8 retro sequere me: *Matth.* 19, 21 || homines eris capiens: *Luc.* 5, 10 || 29-30 *Ps.* 76, 20.

1 In resurrectione domini *al. m. ad li.* 55 *V* || 3 ostia scripsi: hostia *V* (et sic deinceps) || 9 qui scripsi: quid *V* || 11 calefacere scripsi: tale facere *V* || 22 denotantur scripsi: denotentur *V* || 23 es profunda maris scripsi: profunda maris es *V* || 24 declaratur scripsi: declaratio *V*.

ultima et novissima, ut ad mortem et infernum, de quibus scriptum est: *memorare novissima tua et in*  
 35 *eternum non peccabis*. Tunc ergo *in novissimis abyssis* deambulat, quando peccata proprie conscientie  
 discutit diligenter, ne, cum aliis predicaverit, ipse reprobus inveniatur. Sed tunc aperit *portas mortis*,  
 quando aliorum peccata detestatur, quia non debet crimina palliare, sed debet ostendere peccata  
 esse *portas mortis*, quia per ea intramus ad mortem. Ideo Dominus ait predicatori per prophetam:  
 40 *si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris, quia ve hiis qui dicunt bonum malum et malum*  
*bonum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras*. Et quia per peccatorum detestationem sufficienter  
 detrahitur homo ne peccet per infirmitatem et malitiam, quia ulterius contra aliquem peccare  
 <potest> per ignorantiam, non sufficit quod predicatorum peccata detestentur, sed quod auditores  
 instruantur et illuminentur. Non ergo sufficit *portas mortis* aperire, sed etiam oculo pietatis *ostia*  
*tenebrosa* videre. Quilibet enim peccator ostium diaboli dici potest, quia per ipsum diabolus intrat.  
 45 Sed tunc est *ostium tenebrosus*, quando per ignorantiam peccans diabolo non resistit. Tunc ergo  
 oculo pietatis *ostia tenebrosa* videmus, quando alios illuminamus et ne peccent per ignorantiam  
 prohibemus.

Possunt ergo verba predicta, que leguntur *Iob xxxviii*, esse ipsius Spiritus Sancti ad quemlibet  
 predicatorem dicentis: *Numquid ingressus es* etc., id est: numquid habes Scripturarum cognitionem  
 50 et proprie conscientie discussionem et es preparatus peccata increpare et mentes auditorum  
 illuminare? quasi diceret: non es congruus evangelizator, si hoc in te non reperis. Et si omni tempore  
 hec predicatori sunt necessaria, potissime tamen videtur indigere hiis cum de resurrectione Christi  
 vult tractare, quia Christo omnes Scripture *testimonium perhibent* et nullus consurgens cum ipso  
 in peccatis remanet. Et quia predicta quatuor in me inesse non video, ideo una mecum recurremus.

55 *Numquid es ingressus profunda maris* etc. Sicut scitis, sancta mater Ecclesia resurrectionem Domini  
 Ihesu Christi hodie recolit. Sed qui de resurrectione Christi vult aliqua dicere, oportet eum de morte  
 et passione eius aliqua tractare. Nam, secundum Apostolum, Christus mortuus est *propter delicta*  
*nostra, resurrexit vero propter iustificationem nostram*. Mortuus est enim *propter nostra delicta*, quia  
 moriendo pro nobis solvit pretium redemptionis nostre. Nam purus homo satisfacere non poterat  
 60 id ad quod eramus obligati propter transgressionem primi parentis. Nam cum in eo esset originaliter  
 totum humanum genus, quia natura humana, quantum est de se, videtur posse habere esse in infinitis  
 individuis, Adam peccando quodam modo intulit infinitum dampnum, et, si satisfactio debet equari  
 offense, ut videtur, debebat esse infinita satisfactio. Christus ergo satisfacere poterat, non purus  
 homo. Et sicut Christus mortuus est *propter delicta nostra*, quia moriendo pro nobis satisfecit, [et]  
 65 sic *resurrexit propter iustificationem nostram*, quia resurgendo nos instruxit et nobis viam iustitie  
 demonstravit. Si ergo iustificatio presupponit satisfactionem et qui vult determinare de peccatoris  
 iustificatione oportet eum determinare de peccati satisfactione, qui vult determinare de Christi  
 resurrectione congruum est ut determinet de eius morte et passione. Ideo, quia resurrectio mortem  
 presupponit et quia non cognoscuntur posteriora ignotis prioribus, si volumus de resurrectione  
 70 Christi aliquid tractare, conveniens est de morte et passione eius aliqua dicere. Ulterius vero, quia  
 volens determinare de aliquibus conveniens est ut determinet de hiis que sequuntur ad illa, quia  
 ad mortem et passionem Christi secuta est ad inferos descensio, ad eius vero resurrectionem secuta

34-35 *Eccli.* 7, 40 || 39 *si separaveris* — *eris* : *Ier.* 15, 19 || 39-40 *ve hiis* — et *lucem tenebras* : *Is.* 5, 20 || 53 *Act.* 10, 43:  
 “Huic omnes prophetae testimonium perhibent” || 57-58 *Rom.* 4, 25.

42 *potest addidi* || 50 *preparatus scripsi* : *ueperatus (sic) V* || 51 *es scripsi* : *est V* || 58 *resurrexit scripsi* : *resurrectio V* ||  
 59 *purus scripsi* : *prius V* || 63 *purus scripsi* : *prius V* || 64 *et<sup>2</sup> delevi*.

est discipulorum instructio – nam, ut legitur in *Actibus*, Christus discipulis suis *prebuit semetipsum vivum in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno Dei*, instruendo et docendo eos –, videntur ergo hec quatuor esse connexa, videlicet Christi passio, eius ad inferos descensio, ipsius resurrectio, post resurrectionem discipulorum instructio. Et quia connexa sub eadem complectuntur materia, bene se habet de omnibus hiis aliqua dicere. 75

In verbis ergo premissis predicta quatuor per ordinem designantur. Nam Christi passio habetur cum dicitur: *Numquid ingressus es profunda maris*; eius vero ad inferos descensio manifestatur cum subiungitur: *et in novissimis abyssis deambulasti*; ipsius vero resurrectio declaratur cum annectitur: *Numquid aperte sunt tibi porte mortis*; sed post resurrectionem discipulorum instructio ostenditur cum subinfertur: *et ostia tenebrosa vidisti*. 80

Cum ergo predictam auctoritatem assumpsimus in prothema, erant verba ipsius Spiritus Sancti ad quemlibet predicatorem. Nunc autem cum de ea facimus thema, possunt esse verba Spiritus Sancti ad quemlibet hominem volentem permanere in delictis suis et nolentem cum Christo resurgere. Dicit ergo Spiritus Sanctus cuilibet tali viro: *Numquid ingressus es profunda maris?* id est: considerastine Christi passionem? *et in novissimis abyssis deambulasti?* id est: esne meditatus eius ad inferos descensionem? *Numquid aperte sunt tibi porte mortis?* id est: reduxistine ad memoriam eius resurrectionem? *et ostia tenebrosa vidisti?* id est: considerastine eius doctrinam et instructionem? Quasi dicat: si hoc diligenter attenderes et diligenter adverteres quanta Christus pro te fecit, non remaneres in delictis tuis, sed cum Christo consurgeres. Cum ergo quodam speciali modo hodierna die excitandus sit populus ut cum Christo consurgat et peccata relinquat, ex quo omnia predicta, ut ostensum est, huic materie deserviunt, congrue omnia illa sub hac materia complectuntur. 85 90

Vel possumus dicere quod verba ista sunt verba Spiritus Sancti ad Christum, qui *ingressus est profunda maris* mortem et passionem sustinendo, *in novissimis abyssis deambulavit* ad inferos descendendo, *aperte sunt ei porte mortis* a mortuis resurgendo, *ostia tenebrosa vidit* discipulos per diffidentiam tenebrosos docendo et instruendo. 95

Notatur igitur primo Christi passio cum dicitur: *Numquid ingressus es* etc. In passione autem Christi tria sunt consideranda, videlicet volubilitas, immensitas et acerbitas. Fuit enim ibi volubilitas, quia voluntarie passus est. Unde [et] de eo legitur *Iohannis XIX°: inclinato capite tradidit spiritum*. *Tradidit*, secundum sanctorum dicta, quia voluntarie emisit, non violentia passionis extorsit. Nos enim qui nascimur *natura filii ire*, habemus passiones et penalitates naturali necessitate contractas, ipse vero has habuit voluntate assumptas. 100

Secundo, in eius passione est consideranda immensitas. Tanta enim fuit illa immensitas passionis quod induxit mortem, animam a corpore separavit, et, ut dicitur in 3° *Ethicorum*, finis omnium terribilium est mors. Magna est autem passio et ducens ad tantum terribile, ut per mortem animam a corpore separet. Hec autem in Christo fuerunt, ut dicitur *Ysaie LIII: tradidit in morte animam suam et cum sceleratis reputatus est*. 105

Tertio, fuit ibi acerbitas. Unde dicitur *Trenorum III: vetustam fecit pellem meam et carnem meam et contrivit ossa mea*, in quo acerbitas passionis ostenditur. 110

73-74 *Act.* 1, 3 || 100 *Iob.* 19, 30 || 102 *Eph.* 2, 3 || 105-106 *Arist., Eth. Nic.* III 6, 1115 a 26-27. Cf. *supra*, p. 343-4 || 107-108 *Is.* 53, 12 || 109-110 *Thren.* 3, 4.

73 discipulorum *scripsi* : dissipulorum *V* || 88 tibi *s.l. V* || reduxistine *scripsi* : reduxisti *V* || 91 delictis *scripsi* : deliciis *V* || 92 predicta *scripsi* : peccata *V* || 99 volubilitas<sup>1</sup> *scripsi* : volibilitas *V* (*et sic deinceps*) || 100 *et delevi* || 107 *LIII scripsi* : XIII *V* || 109 acerbitas *scripsi* : aceruitas *V*.

Hec autem tria in primo auctoritatis membro per ordinem denotantur. Nam passionis volubilitas habetur cum dicitur: *ingressus es*; eius autem immensitas manifestatur cum subiungitur: *profunda*; acerbitas vero manifestatur cum subinfertur: *maris*.

115 Notatur ergo passionis volubilitas cum dicitur: *ingressus <es>*. Non enim violenter ad passionem trahebatur, sed ipse ad passionem ingrediebatur. Unde dicitur *Marchi XIII: Surgite, eamus, ecce qui me tradet prope est*. Unde ergo dicitur *Ysaie LIII<sup>o</sup>: oblatus est quia ipse voluit*. Nam, ut tactum est, non fuit ad passionem violenter tractus, sed ipse ad eam est voluntarie ingressus.

120 Secundo, in illa passione fuit immensitas, quod notatur cum dicitur: *profunda*. Sic enim ymaginari debemus quod, quia forma substantialis primo adheret materie, dicitur esse in profundo, accidentales vero posterius sunt quasi in extremo et in superficie. Tunc ergo passio est superficialis quando solum alterat et inducit solum variationem accidentalium formarum, sed tunc potest dici passio profunda quando pertingit usque ad substantialem formam. Propter quod scribitur in *Psalmo: infixus sum in limo profundi et non est substantia*. *Infixus* fuit Christus *in limo profundi* propter immensitatem passionis, et *non erat substantia* quia passio illa adeo fuit profunda quod usque ad substantialem  
125 formam pertinixit.

Tertio, fuit ibi acerbitas, quod denotatur cum dicitur: *maris*. Mare enim propter sui salsedinem amaritudinem et acerbitatem passionis designat. Salitus enim sapor inter ceteros sapes plus videtur appropinquare amaro. Bene ergo poterat dicere Christus: *veni in altitudinem maris* — propter passionis amaritudinem et acerbitatem — *et tempestas demersit me* — propter passionis  
130 immensitatem. Bene igitur propter huius acerbitatem passionis dicere poterat Christus quod dicitur *Trenorum primo: o vos omnes qui transitis per viam, venite et videte si est dolor sicut dolor meus*.

Secundo, denotatur Christi ad inferos descensio cum dicitur: *in novissimis abyssis ambulasti*. In hoc autem descensu Christus sanctos patres extraxit de limbo. In qua extractione et in quo descensu tria sunt attendenda, scilicet extractorum idoneitas, extractionis congruitas et extrahentis virtuositas.

135 Extractorum idoneitas habetur cum dicitur: *novissimis*; extractionis congruitas cum subiungitur: *abyssis*; extrahentis virtuositas cum subinfertur: *deambulasti*. Novum enim secundum unam expositionem potest dici extremum et ultimum. Ideo in prothemate mortem et infernum appellabamus novissima, quia erant ultima et extrema ad que peccatores ducebantur, sicut peccata appellabantur novissima, quia inducebant ad illa. Sic novissima sonant in malam partem. Secundo  
140 modo, novum potest distingui contra vetus, et sic novum sonat in bonam partem, quia *homo per peccatum inveterascit*. Vetustas enim ex tempore contingit, et quia peccando discedimus a Christo et a bono incommutabili et adheremus bonis temporalibus et commutabilibus, ideo per peccatum fimus veteres et per oppositum adherendo Christo fimus novi. Ideo dicitur *Ad Ephesios III: deponite secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur*. Et sequitur: *induite*  
145 *novum hominem, qui secundum Deum creatus est*. Sancti ergo patres, qui novissimi erant propter puritatem, ideo idonei erant ut associarentur Christo et extraherentur ab ipso. Nam *in Christo Ihesu neque circumcisio aliquid valet neque preputium, sed nova creatura*, ut dicitur *Ad Galatas* ultimo.

**115-116** *Marc.* 14, 42 || 116 *Is.* 53, 7 || 122-123 *Ps.* 68, 3 || 128-129 *ibid.* || 131 *Thren.* 1, 12 || 137 in prothemate : cf. *supra*, li. 34 || 140-141 *Ps.-Albertus Magnus* (re vera Adenulphus de Anania), *In Psalmos, Alberti Magni Opera Omnia*, ed. A. Borgnet, t. 15, Vivès, Paris 1892, p. 79a: “Inveterascit autem homo per peccatum” || 143-144 *Eph.* 4, 22 || 144-145 *Eph.* 4, 24 || 146-147 *Gal.* 6, 15.

**114** *es addidi* || 119 quod quia *scripsi* : quia quod *V* || 136 *abyssis scripsi* : *abyssi V* || 138 appellabamus *scripsi* : appellamus (*sic*) *V* || sicut *scripsi* : sic et *V* || 141 et *scripsi* : ut *V* || 147 *circumcisio scripsi* : *circumsisio V*.

Sic enim ymaginari debemus quod diabolus trahit et Christus trahit, sed tractus diaboli est tractus a frigido propter peccati gravitatem, tractus vero Christi est a calido propter ardoris caritatem. Frigidum autem omnia congregat, sive sint homogenea et convenientia <sive non homogenea et inconvenientia>; ideo in inferno tendunt et diabolo associantur irretiti oppositis vitiis, ut prodigi et avari, pusillanimes et temerarii. Sed Christo non associantur nisi qui sunt homogenei. Sancti ergo patres, si novissimi erant, idoneum erat ut Christo associarentur, qui dicitur novus homo. Bene ergo notatur extractorum idoneitas cum dicitur: *novissimis*. 150

Secundo, notatur extractionis congruitas cum subiungitur: *abyssis*. Abyssus enim est locus infimus, ideo non est locus congruus imitantibus Christum. Nam cum tales mundum contemnant, supra mundum extolli debent. Congrua ergo erat sanctorum patrum extractio ex quo in abyssu erant et non existebant in loco convenienti eis. In illa enim extractione dici poterat quod dicitur *Abachuc III: abyssus dedit vocem suam*. Quelibet enim creatura clamat Deum actorem suum et tunc respondet Deo et *dat ei vocem suam*, quando ad nutum divinum Dei voluntati obedit. Sic *abyssus dedit vocem suam* Christo obediendo, eius ad imperium non retinendo ulterius sanctos patres. 155 160

Tertio, notatur extrahentis virtuositas cum dicitur: *deambulasti*. Deambulatio enim fit per virtutem in musculis et nervis obsequentem appetitui et voluntati. Christus ergo *in novissimis abyssis deambulavit*, quia ad modum deambulantis leviter et absque difficultate in abyssum descendit et inde sanctos patres extraxit. Non ergo Christus in abyssum corruiat ut quod tractu violentie ibi descendisset, sed deambulavit ibidem, quia potestativa voluntate descendit ad inferos, in quo extrahentis virtuositas denotatur. Bene ergo poterat dicere Christus quod dicitur *Ecclesiastici XXIII: girum celi circuivi sola et in profundo abyssi penetravi*. Solus enim Christus *circuivit girum celi*, quia solus ipse ratione innocentie et originalis iustitie venit de altitudine humane nature. Et quia ipse solus fuit inter mortuos liber, congruum fuit ut ipse abyssum penetraret et inde sanctos patres extraheret. Et quia hoc sine magna virtuositate non fuit, ideo in eadem auctoritate sequitur: *excellentium et sublimium colla propria virtute calcavi*, quia descendendo ad inferos et extrahendo inde sanctos patres superavit demones, qui propter superbiam describuntur excelsi et sublimes. 165 170

Tertio, notabatur Christi resurrectio cum dicebatur: *numquid aperte sunt tibi porte mortis?* In resurrectione autem Christi tria sunt consideranda, scilicet resurgendi singularitas, modi resurgendi potestas <et auctoritas> et resurrectionis veritas. Resurgentis singularitas notatur cum dicitur: *tibi*; modi resurgendi potestas et auctoritas cum additur: *aperte sunt porte*; resurrectionis autem veritas habetur cum subiungitur: *mortis*. 175

Notatur ergo primo resurgentis singularitas cum dicitur: *tibi*. Nam etsi aliis *aperte fuerunt porte mortis*, quia *multa corpora sanctorum surrexerunt et introierunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis*, quodam tamen singulari et speciali modo Christo *aperte sunt huiusmodi porte* [huiusmodi]; ideo ei singulariter dicere possumus: *aperte sunt tibi porte mortis*. Dignum enim fuit ut ipse, qui fuit singulariter natus, singulariter conversatus, singulariter passus, quod singulariter resurrexerit. Fuit enim Christus singulariter natus. Nam ceteri homines sic nascuntur quod per intervalla temporum caro concipitur et postea animatur hec in utero. De quolibet alio homine dici potest quod 180 185

153 novus homo : cf. *Eph.* 4, 24: "induite novum hominem" || 158-159 *Habac.* 3, 10 || 167-168 *Eccli.* 24, 8 || 171-172 *Eccli.* 24, 11 || 179-181 *Matth.* 27, 52-53.

150-151 sive non homogenea et inconvenientia *addidi* || 152 temerarii *scripsi* : tyami (*sic*) *V* || 155 Secundo *scripsi* : sed *V* || *abyssis scripsi* : *abyssi V* || 156 contemnant *scripsi* : mutant *V* || 158 extractione *scripsi* : abstractione *V* || 161 eius *scripsi* : ei *V* || 163 *abyssis scripsi* : *abyssi V* || 173 et *scripsi* : ut *V* || 176 et auctoritas *addidi* || 181 huiusmodi<sup>2</sup> *delevi*.

prius fuit ibi embrio et postea homo, de Christo autem non sic. Non enim prius caro fuit concepta et postea animata, sed statim virtute Sancti Spiritus fuit caro concepta et animata, et fuit Verbum unitum anime et carni, et ab instanti sue conceptionis fuit Christus perfectus Deus et perfectus homo. Ideo dicitur *Ieremie XXXI: creavit Deus novum super terram, femina circumdabit virum*. Ista  
 190 femina fuit beata Virgo, que numquam circumdabat embrionem, sed hominem. <...> Ideo mundus oderat eum, quia narrabat opera eius esse abhominabilia et immunda. Propter quod dicitur in libro *Sapientie: gravis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est ab aliis vita illius*. Et sequitur: *abstinet se a vitiis nostris tamquam ab immunditiis*. Et ideo digne additur ibidem quod *glorietur se patrem habere Deum*. <...> sic fuit singulariter passus et singulariter resurrexit. Ideo dicitur *Genesis XLIX: ad predam ascendisti, fili mi* — propter passionis novitatem, quia nullus sic crucem ascenderat ad capiendam predam ut ipse. Et sequitur: *requiescens accubuisti ut leo et quasi leena: quis suscitabit eum?* — propter resurgens excellentiam et singularitatem —, *quis*: Deus Pater scilicet et ipsemet, quia habet eandem virtutem cum Patre, quia de nullo alio dici potest quod propria virtute se suscitavit. Bene ergo notatur resurgens singularitas <cum dicitur>: *tibi*.

200 Secundo, notatur modi resurgendi potestas et auctoritas cum additur: *aperte sunt porte*. Eorum enim que fiunt alia videmus fieri secundum naturam, alia preter naturam et contra naturam, alia supra naturam.

Quantum ad ea que secundum naturam fiunt, non est ibi clausura, propter quod non est ibi ostium neque obstaculum neque porta. Statim enim cum dixit Deus: *Germinet terra herbam virentem et facientem semen et lignum pomiferum faciens fructum*, et addidit: *producant aque reptile anime viventis et volatile super terram*, indidit rationes seminales rebus, ut absque obstaculo per adhibitionem seminum fieret rerum productio secundum naturam. Quid autem sit ratio seminalis, utrum sit forma incompleta vel sit virtus activa et passiva elementorum an sit tertium quid, quod Philosophus appellat privationem distinguens se a materia et forma, quam Plato despiciens erravit  
 205 circa generationem rerum, declarare non est presentis propositi. In tantum tamen declaratum sit quod quantum ad ea que fiunt secundum naturam et per rationes seminales, est quasi via aperta. Propter quod dici potest ibi non esse obstaculum neque portam.

In aliis autem factionibus est porta et obstaculum, quia huiusmodi factiones non sunt communicate causis secundis. Factiones autem non communicate agentibus naturalibus ad tria genera reduci  
 215 possunt, quia quedam sunt contra naturam, ut cum illa factio non solum non est secundum nature cursum, sed etiam contrariatur cursui naturali, ut si ex privatione ad habitum fiat regressus. Hec enim non solum non habet simile in natura, sed est omnino cursui naturali contraria, secundum quem solum ab habitu ad privationem fit transitus. Secundum genus talium factionum est preter naturam, ut cum [quando] res ipsa facta simile in natura habet, modus tamen fiendi non reperitur in naturali  
 220 cursu, ut si segetes producerentur tempore non congruo et fierent in hora, quas natura facit in multis mensibus. In huiusmodi enim factione, licet res facta habeat simile in natura, quia non est contra cursum nature quod segetes producantur, modus tamen fiendi non habet simile; propter quod talia

189 *Ier.* 31, 22 || 192 *Sap.* 2, 15 || 192-193 *Sap.* 2, 16 || 193-194 *ibid.* || 194-195 *Gen.* 49, 9 || 196 *ibid.* || 204-205 *Gen.* 1, 11 || 205-206 *Gen.* 1, 20 || 208-210 tertium quid – contra generationem rerum : cf. *Arist., Phys.* I 9, 191 b 35-192 a 12.

189 *XXXI scripsi* : *XXXIX V* || 190 *lacunam statui, supple ex. gr.* Fuit autem Christus singulariter conversatus || 194 habere] se *add. et del. V* || *lacunam statui, supple ex. gr.* Sicut autem fuit singulariter natus et conversatus || 195 *ascenderatscripsi* : *ascendat V* || 198 *quia scripsi* : *quod V* || 199 cum dicitur *addidi* || 200 Secundo *scripsi* : *sed V* || 210 circa *scripsi* : *contra V* || 213 *factiones scripsi* : *causarum V* || *communicate scripsi* : *communicati V* || 219 *quando delevi*.

preter naturam fieri dicuntur. Advertendum tamen quod tunc factio proprie preter naturam dicitur, quando modus fiendi non solum excedit hanc rationem seminalem vel illam, sed etiam rationes seminales simpliciter superat. Et inde est quod facta per artes magicas videntur preter naturam fieri, que proprie preter naturam non sunt, quia, licet sint preter rationem seminalem hanc vel illam, non tamen sunt preter rationem seminalem simpliciter. Angeli enim et substantie separate, ut vult Augustinus, III *De Trinitate*, *quicquid* agunt et *efficiunt*, <faciunt> *per adhibitionem seminum*. Supra naturam est factio illa ad quam nullo modo attingit natura. Que si bene advertimus, non est inconveniens unam et eandem factionem esse contra naturam, preter naturam et supra naturam, si aliter et aliter accipiatur. In hiis autem factionibus sunt porte et clausure, quia non <sunt> communicate naturalibus causis. 225 230

Quia ergo Christus resurgens a mortuis fecit opus contra naturam, <preter naturam> et supra naturam, bene dictum est quod ipse aperuit *portas mortis*, quia secundum potentiam infinitam removet portas et obstacula, quibus clauditur secundis agentibus, ne possint tale opus efficere. Fuit enim resurrectio Christi contra naturam, quia fuit regressus ibi a privatione ad habitum, de morte ad vitam. Nam secundum naturam, *cum dormierit, homo non resurget donec atteratur celum*. Christus autem a mortuis resurrexit, ut Scriptura ait. 235

Secundo, opus illud fuit preter naturam. Nam si aliquo modo secundum naturam ex mortuo potest fieri vivum, hoc est per multa media. Bos enim mortuus fit bos vivus, quia ex bove mortuo potest generari herba, ex herba autem potest generari menstruum, ex menstruo vero potest concipi vitulus hic, et ita per plura media per magna temporum intervalla ex bove mortuo fit bos vivus, ut potest haberi 8° *Metaphysice*. Sed Christus non sic resurrexit a mortuis. Sic enim ex mortuo rediit vivus quod corpus suum fuit incorruptum vel intemeratum, iuxta illud *Psalmi: non dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Non fuerunt ibi magna temporis intervalla, quia tertia die resurrexit, ut Scriptura testatur, immo non fuerunt tres dies complete. Oportet enim per synodochen salvare numerum trium dierum in resurrectione Domini. 240 245

Tertio, illud opus fuit supra naturam. Nam si natura facit per multa media ex mortuo vivum, numquam tamen redit idem numero, quia quorum substantia deperit non redeunt eadem numero, ut dicitur in fine secundi *De generatione*. Christus autem resurrexit idem numero, iuxta illud *Luce XXIII: quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum*, id est: idem numero resurrexi. 250

Bene ergo quantum ad modum resurgendi fuit ibi potestas et auctoritas. Et huiusmodi potestas manifestatur per apertionem portarum. Superavit enim potestas Christi potestatem nature in quantum potuit aperire *portas mortis* et tollere obstacula, que natura tollere non potuisset. Et bene dicit: *portas* in plurali propter diversa obstacula amota que Christus amovit. 255

228 Aegidius Romanus, *Errores philosophorum*, VI 11 et X 6, ed. J. Koch, Marquette U.P., Milwaukee (WI) 1944, p. 30.16-17 et 50.1-4. Augustinus, *De Trinitate*, III 8, 13, ed. W. J. Mountain - Fr. Glorie, Brepols, Turnhout 1968 (Corpus Christianorum. Series Latina, 50), li. 59-67 (p. 141) [= Petrus Lombardus, *Sententiae*, lib. II, dist. 7, cap. 8, Editiones Collegii S. Bonaventurae Ad Claras Aquas, Grottaferrata (Romae) 1971 (Spicilegium Bonaventurianum, 4), p. 363.20-27]. Cf. *supra*, p. 344 || 237 *Iob*, 14, 12 || 243 Arist., *Metaph.* VIII 1, 1042 a 32-b 3 || 244-245 *Ps.* 15, 10 || 246 ut Scriptura testatur: cf. *Matth.* 28, 1; *Marc.* 16, 1-2; *Luc.* 24, 1; *Iob.* 20, 1 || per synodochen: cf. *supra*, sermo 14, li. 31 || 250 Arist., *De gen. et corr.* II 11, 338 b 16-17 || 250-252 *Luc.* 24, 38-39.

228 faciunt *addidi* || 231 accipiatur *scripsi*: recipiatur *V* || sunt<sup>2</sup> *addidi* || 233 preter naturam *addidi* || 238 autem *scripsi*: enim *V* || 241 autem *scripsi*: enim *V* || 243 Sic<sup>2</sup> *scripsi*: si *V* || 245 fuerunt *scripsi*: fiunt *V* || 246 non *scripsi*: vero *V*.

Tertio, fuit ibi resurrectionis veritas, quod notatur cum subiungitur: *mortis*. Si enim Christus resurrexisset a sompnis vel ab infirmitate, non resurrexisset vere, sed quia resurrexit a mortuis, vere resurrexit. Bene ergo Scriptura testatur quod surrexit Dominus vere.

260 Et ut liceat secundum metaphoram digressionem facere, dicamus quod veritas in quadam  
adequatione consistit. Cum ergo resurrectio Domini fuerit ex reunionem anime ad corpus, veritas  
resurrectionis accipienda est, ut videtur, ex eo quod inter animam et corpus eius quedam analogia  
et quedam debita equalitas est reperta. Anima enim ad corpus tripliciter comparatur: est enim eius  
perfectio et motor et finis. Finis autem est quia forma et finis in idem concidunt. Motor autem est  
265 quia per virtutes activas corpus movet. Perfectio autem est quia est corporis actus. Et hoc dupliciter:  
perficit enim corpus secundum essentiam et secundum accidentales proprietates ab essentia derivatas.  
Quadrupliciter ergo potest esse equalitas inter corpus et animam: primo, quantum ad perfectionem  
essentialem; secundo, quantum ad accidentalem; tertio, ut est motor eius; quarto, ut est finis ipsius.  
In Christo autem resurgente, quantum ad perfectionem essentialem, inter corpus et animam fuit  
270 equalitas per dotem impassibilitatis. Secundum perfectionem accidentalem, fuit ibi equalitas per  
dotem claritatis. Prout autem est motor eius, fuit ibi equalitas per dotem agilitatis. Sed prout est finis  
eius, equalitas servabatur per dotem subtilitatis.

Fuit enim in Christo resurgente dos impassibilitatis, per quam dotem fuit adeo corpus anime  
adequatum et proportionatum quod ulterius non fuit possibilis dissolutio, iuxta illud Apostoli:  
275 *Christus resurgens a mortuis iam non moritur et mors illi ultra non dominabitur*.

Secundo, fuit equalitas <quantum> ad dotem claritatis. Illa enim claritas, licet accidentalit sit  
corpori, [quantum] tamen claritatem <anime> insinuat. Equum enim est ut anime clare corpus  
clarum sit associatum. Immo claritas illa non est eiusdem rationis cum claritate corporum que  
videmus. Nam claritas ista corporalis oculum offendit, claritas autem corporum glorificatorum visum  
280 delectat. Nam, ut communiter ponitur, huiusmodi claritas corporum a claritate anime derivatur.  
Indicium autem huius claritatis insinuat fuit in transfiguratione Domini in monte.

Tertia equalitas est per dotem agilitatis. Hec autem equalitas respicit animam ut est motor  
corporis. Nam secundum hanc dotem ita fuit equatum corpus Christi anime ut posset ipsum movere  
quo vellet. Hec autem dos potissime manifestata fuit in ascensione, iuxta illud *Ysaie* LXIII: *quis est*  
285 *iste qui venit de Edom, tinctis vestibibus de Bozra, iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine*  
*fortitudinis sue?*

Quarta equalitas fuit ibi quantum ad dotem subtilitatis. Et hec equalitas respicit animam ut est  
finis corporis. Si enim anima est finis corporis et corpus est propter animam, equum videtur quod  
per corpus non impediamur. Sicut ergo spiritus *ianuis clausis* potest domum ingredi et exire, quia  
290 spiritualis substantia, secundum Damascenum, non retinetur *parietibus* nec *claustris*, ita corpus  
glorificatum, de quo anima victoriam habuit, adeo est propter animam quod eam non impedit

275 *Rom.* 6, 9 || 281 in transfiguratione Domini in monte : cf. *Matth.* 17, 1-8; *Marc.* 9, 1-7; *Luc.* 9, 28-36 ||  
284 in ascensione : cf. *Luc.* 24, 50-51; *Act.* 1, 9-11 || 284-286 *Is.* 63, 1 || 289 *Iob.* 20, 26 || 290 Iohannes Damascenus, *De fide*  
*orthodoxa (Burgundionis versio)*, ed. E. M. Buytaert, The Franciscan Institute - Nauwelaerts - Schöningh, St. Bonaventure  
(N.Y.) - Louvain - Paderborn 1955 (Franciscan Institute Publications. Text Series, 8), cap. 17, li. 41-42 (p. 71): "Non  
circumterminantur [*scil.* angeli] autem a parietibus et ianuis et claustris et signaculis: interminabiles enim sunt" [= *Expositio*  
*fidei*, ed. B. Kotter, *Die Schriften des Johannes von Damaskos*, t. II, De Gruyter, Berlin - New York 1973 (Patristische Texte  
und Studien, 12), cap. 17, li. 33-34 (p. 46): "Ὁὐ περιορίζονται δὲ ὑπὸ τευχῶν καὶ θυρῶν καὶ κλειθρῶν καὶ σφραγίδων  
ἀόριστοι γάρ"]].

276 quantum *addidi* || 277 quantum *delevi* || anime<sup>1</sup> *addidi* || 279 autem *scripsi* : enim *V* || 281 Indicium *scripsi* :  
Iudicium *V*.



quin possit per corpus aliud pertransire. Hanc autem equalitatem et hanc dotem manifestavit in se Christus cum post resurrectionem *ianuis clausis* intravit ad discipulos.

Quarto et ultimo, in auctoritate predicta notatur discipulorum instructio cum dicitur: *et ostia tenebrosa vidisti*. In hac autem instructione tria sunt attendenda, scilicet instructorum utilitas, 295 que notatur cum dicitur: *ostia*; instructionis necessitas, que habetur cum subiungitur: *tenebrosa*; et instrumentis benignitas, que declaratur cum subinfertur: *vidisti*.

Apostoli enim dicti sunt *ostia* quia per eos ad Christum pergimus. Magna ergo fuit utilitas ipsorum instructionis quia per eos quasi per quedam ostia huiusmodi doctrina est in alios derivata. Nam quod Christus per tot argumenta voluit resurrectionem probare et suos discipulos voluit sic 300 diligenter instruere, non tantum propter eos factum est, sed etiam propter nos, qui per eos docendi eramus, quia post resurrectionem eis dixit: *Ite et docete omnes gentes*. Fuit ergo instructorum utilitas, quia huiusmodi discipuli instruendi erant *ostia* per que intrare debebamus.

Secundo, fuit ibi necessitas instructionis, quia huiusmodi *ostia* erant *tenebrosa*. Necesse ergo erat ut illuminarentur, si alios docere debebant. Ideo dicitur *Luce* ultimo quod *aperuit illis sensum ut 305 intelligerent Scripturas*.

Tertio, fuit ibi instrumentis benignitas, quod notatur cum dicitur: *vidisti*. Vidit enim Christus suos discipulos oculo benignitatis et pietatis, quo oculo respexit Petrum, reducens eum ad penitentiam et ad recognitionem proprie infirmitatis.

Patet ergo quod in auctoritate premissa primo describitur Christi passio quantum ad tria: 310 primo, quantum ad volubilitatem cum dicitur: *ingressus*; secundo, quantum ad immensitatem cum subditur: *profunda*; tertio, quantum ad acerbiterum cum additur: *maris*. Secundo, describitur ibi Christi ad inferos descensio et sanctorum patrum extractio etiam quantum ad tria, scilicet quantum ad extractorum idoneitatem cum dicitur: *novissimis*; quantum ad extractionis congruitatem cum subditur: *abyssis*; quantum ad extrahentis virtuositatem cum additur: *deambulasti*. Tertio, designatur 315 Christi resurrectio etiam quantum ad tria: quantum ad resurgentis singularitatem cum dicitur: *tibi*; quantum ad modi resurgendi potestatem et auctoritatem cum additur: *aperte sunt porte*; quantum ad resurrectionis veritatem cum subiungitur: *mortis*. Quarto et ultimo, in predicta auctoritate ponitur discipulorum instructio quantum ad tria: quantum ad instructorum utilitatem cum dicitur: *ostia*; quantum ad instructionis necessitatem cum additur: *tenebrosa*; quantum ad instrumentis pietatem 320 cum subinfertur: *vidisti*.

Hec autem quatuor, videlicet Christi passio, ad inferos discensio, ipsius resurrectio et illius doctrina et instructio, valde nos invitant ut vitia relinquentes Christo adhareamus et cum ipso resurgamus. Quatuor enim sunt que nos inducunt ut alicui adhareamus, scilicet caritas, benignitas, potestas et speciositas. Homines enim libenter adherent habentibus dilectionem et caritatem; est enim naturale 325 quod quilibet diligentem se diligit. Secundo, adheremus hominibus benignis, quia cum talibus est delectabile conversari. Tertio, libenter homines adherent potentibus; ideo reges et principes multos habent sibi adherentes. Quarto, libenter adheremus hominibus speciosis; pulcritudo enim allicit nos

293 *Ioh.* 20, 26 || 300-301 Christus per tot argumenta — diligenter instruere: cf. *Luc.* 24, 26-27, 44-45 || 302 *Matth.* 28, 19 || 305-306 *Luc.* 24, 45 || 308-309 quo oculo respexit Petrum — infirmitatis : cf. *Luc.* 22, 61-62: “Et conversus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amare”.

299 instructionis *scripsi* : instructio *V* || 304 Secundo *scripsi* : sed *V* || 312 additur *scripsi* : subditur *V* || 315 *abyssis scripsi* : *abyssi V* || 324 alicui *scripsi* : alii *V* || 326 diligentem *scripsi* : diligenter *V*.

330 ut cum pulcris conversemur. Hec autem omnia Christus in se habuit. Ostendit enim Christus suam  
caritatem ad nos per suam passionem, manifestavit suam benignitatem per ad inferos discensionem,  
declaravit suam potestatem per suam resurrectionem, insinuavit suam pretiositatem et speciositatem  
per suam doctrinam et instructionem, quia, ut dicitur de sapientia *Sapientie VII, speciosior est sole et  
super omnem dispositionem stellarum et luci comparata invenitur prior.*

335 Ei ergo qui ad nos habet tantam caritatem et ostendit tantam benignitatem et insinuavit tam  
excellentem potestatem et continet in se tantam speciositatem, adhareamus et adherendo cum eo  
resurgamus et hoc faciendo vitam eternam habeamus. Ad quam nos perducatur Christus Dei Filius qui  
cum Patre et Spiritu Sancto est unus Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

332-333 *Sap. 7, 29.*

*Sermo de dominica in octava Paschatis*  
(n° 16)

*Venit Ihesus ianuis clausis et stetit in medio discipulorum suorum et dixit eis: Pax vobis.* Intrat enim Ihesus *ianuis clausis* tamquam secreta cognoscens, stat *in medio* tamquam undique dominans, *dixit: Pax vobis* tamquam suaviter principans. Verba ergo ista, que habentur *Iohannis* penultimo et leguntur hodie in evangelio, hoc modo exposita dant intelligere illa que debent nos inducere ut, relictis commutabilibus bonis, sequamur Christum tamquam nostrum principem et nostrum dominum. 5

Nam, quantum ad presens spectat, tria consueverunt [dicere] inducere subditos ut forefaciant domino et ut faciant contra voluntatem principantis. Primum est ipsius dominantis ignorantia. Secundum est eius impotentia. Tertium est eius crudelitas vel sevitia. Nam si subditi credant dominum esse ignorantem, inducuntur ut delinquant contra ipsum, opinantes quod possint evadere ipsum, eo quod lateat principem eorum offensa. Quare ista ignorantia principantis multotiens inducit subditos ut non observent iussa principis. Secundum ad hoc inducens potest esse principantis impotentia. Nam si subditi credant principem impotentem, multotiens non dubitant contradicere iussionibus eius, opinantes se posse resistere dominanti, si credant ipsum impotentem esse. Tertium quidem quod consuevit inducere subditos ad delinquendum contra principem est principantis sevitia et crudelitas. Nam si subditi credant principantem crudelem et sevum, inducuntur ut subterfugiant dominium eius, quod subterfugiendo delinquant contra ipsum. 10 15

In Christo autem Ihesu nichil tale invenimus. Unde de eo possumus exponere quod legitur *Sapientie* 7, quod est *suavis et amans, omnem habens virtutem, omnia prospiciens*. In quantum est *suavis et amans*, in eo nulla est sevitia. In quantum vero est *omnem habens virtutem*, ab eo tollitur omnis impotentia. Sed prout est *omnia prospiciens*, ab eo removetur omnis ignorantia. Non ergo remanebit impunita offensa nostra, eo quod offensa illa Christum lateat, quia ipse est *omnia prospiciens* et nullam habens ignorantiam. Secundo, non remanebit impunita offensa, eo quod eam punire non valeat, quia ipse est *omnem habens virtutem* et nullam impotentiam. Tertio, non datur nobis occasio ut delinquamus contra ipsum, quia credamus ipsum crudelem et sevum, quia ipse <est> *suavis et amans* et nullam habet sevitiam. 20 25

Hec autem satis adaptari possunt ad ea que tanguntur in auctoritate proposita. Nam Christus intrat *ianuis clausis* tamquam *omnia prospiciens* <et> tamquam clausa et secreta cognoscens, stat *in medio* tamquam *omnem habens virtutem* et tamquam undique dominans, dicit: *Pax vobis* tamquam suaviter principans. Igitur, quia clausa et secreta prospicit, est in eo omnis scientia; quia stat *in medio* 30

2 *Ioh.* 20, 26 || 19 *Sap.* 7, 22-23.

1 Sermo fratris E. de dominica *mg. sup. al. m. P* || 2 vobis *M: om. P* || 3 tamquam<sup>1</sup>] vobis *add. et del. M* || 5 exposita dant *scripsi*: expositum dat *PM* || illa *M: s<sup>a</sup> P* || ut *P: om. M* || 6 dominum *P: deum M* || 7 dicere *delevi* || subditos *M: subdictos P* || forefaciant *scripsi*: facere faciant *PM* || 10 delinquant *P: delinquent M* || 11 lateat principem *P: inv. M* || ignorantia *M: ignobilia P* || 12 observent *M: observant P* || principis *M: et princi(pa)t(um) P* || Secundum *mg. al. m. M: sed PM<sup>ac</sup>* || principantis *PM<sup>pc</sup>: principans M<sup>ac</sup>* || impotentia] scilicet *praem. M* || 14 se posse *P: inv. (posse mg. al. m.) M* || quidem *P: quid M* || 16 principantem *M: principentem (sic) P* || 20 vero est *scripsi*: veterem *PM (sed del. M)* || 21 omnis *M: omnibus P* || 23 eam *P: est M<sup>ac</sup> nos mg. M<sup>pc</sup>* || 25 ipsum<sup>2</sup> *P: eum M* || et<sup>1</sup> *M: vel P* || est *addidi* || 27 Hec *M: hee P* || possunt *P: posset M* || 28 et<sup>1</sup> *addidi* || 30 est in eo *P: in eo est M*.

et undique dominatur, est in eo omnis potentia; et <quia> dicit: *Pax vobis* et suaviter principatur, est in eo omnis summa clementia. Et quia hiis tribus modis debet predicator inducere auditores ut non delinquant contra Christum, videlicet ex consideratione scientie, potentie et clementie que sunt in ipso, cum hec a me ipso facere non possim, ideo recurremus etc.

35 *Venit Ihesus ianuis clausis* etc. Licet hec auctoritas, uno modo exposita, deservierit nobis ad prothema, possumus eam alio modo exponere et deserviet nobis ad thema. Ad cuius evidentiam sciendum quod, quamvis verba proposita secundum litteralem sensum sint exponenda prout Christus illa corporaliter egit, quia Christus corporaliter intravit *ianuis clausis*, corporaliter *stetit in medio discipulorum*, corporaliter protulit illa verba *Pax vobis*, tamen secundum sensum mysticum  
40 possumus illa verba adaptare ad tria que sunt in Christo.

Est enim in Christo triplex substantia, videlicet corpus, anima et deitas. Videtur quidem quodam modo e converso loquendum esse de unitate quam dicimus esse in illa summa trinitate et de unitate quam dicimus esse in ipso Christo. Nam in illa summa trinitate sunt tres persone in una substantia. Nam Pater, generando Filium, communicat ei totam suam substantiam et naturam, ita quod est una  
45 natura et una substantia Patris et Filii, sicut etiam Pater et Filius, <spirando> Spiritum Sanctum, communicant ei totam suam naturam et substantiam. Propter quod sunt ibi tres persone in una substantia. In Christo autem e converso sunt tres substantie in una persona. Nam in Christo non est facta unio in natura nec in substantia, quia natura divina non est unita nature humane <ita> quod una in aliam sit conversa, sed natura humana remansit natura humana et divina remansit divina.  
50 Hee tamen due nature coniuncte sunt in una persona Verbi. Verum quia natura humana constat ex duplici substantia, videlicet ex anima et corpore, in una persona Christi est triplex substantia: corpus, anima et deitas. Quare bene dictum est quod antea dicebatur, videlicet quod in illa summa trinitate sunt tres persone in una substantia, in Christo autem e converso sunt tres substantie in una persona.

Ea ergo que dicuntur de Christo vel verificantur de eo quantum ad corpus, vel quantum ad animam,  
55 vel quantum ad deitatem. Per quandam itaque adaptationem dicere possumus quod in auctoritate proposita de Christo tria tanguntur, que tria adaptari possunt ad triplicem substantiam que est in ipso. Nam venire sive intrare *ianuis clausis* competebat ei quantum ad substantiam corporalem sive quantum ad corpus. <Stare autem *in medio* competebat ei non solum quantum ad corpus>, sed etiam quantum ad substantiam spiritualem sive quantum ad animam. Nam ipse secundum animam *stetit in medio*, quia non declinavit ad dexteram nec ad sinistram. Ipse enim *peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius*. Immo stare in medio tanto potius verificabatur de eius anima quam de eius corpore quanto spiritualia sunt corporalibus potiora. Sed dicere *Pax vobis* et omnia pacificare et suaviter disponere potissime competebat ei secundum naturam divinam sive secundum deitatem. Quare dicere possumus quod, sic exponendo verba proposita, per ea nobis Christus tripliciter describitur

#### 60-61 I Petr. 2, 22.

31 quia *addidi* (*post pax vobis add. M*) || principatur] quia *add. M* || 33 consideratione *P*: considerationes *M* ||  
34 possim *PM<sup>c</sup>*: possimus (?) *M<sup>c</sup>* || 35 nobis *scripsi*: non *P* nichilominus *M* || 38 corporaliter<sup>2</sup> *M*: incorporaliter *P* ||  
39 discipulorum] .s. (*pro suorum?*) *add. M* || 41 substantia *M*: scientia *P* || deitas *M*: di(vini)tas *P* || 42 loquendum *P*:  
quendum (*sic scr. et fort. corr. M*) || 42-43 illa summa — dicimus esse in *om. hom. M* || 42 trinitate *scripsi*: virtute *P* *deest M* ||  
45 sicut etiam *P*: sic *M* || spirando *addidi* || 46 communicant *M*: communicat *P* || suam naturam et substantiam *P*:  
substantiam suam et naturam *M* || 48 ita *addidi* || 50 Verum] quod *add. et del. P* || 51 videlicet *P*: scilicet *M* || 52 Quare  
*M*: quia *P* || 53 una<sup>2</sup>] substantia *add. et del. P* || 54 de Christo *P*: in ex<sup>o</sup> *M* || eo *P*: ipso *M* || 58 Stare autem — quantum  
60 ad corpus *addidi* || 60 enim *P<sup>c</sup>M*: est *P<sup>c</sup>* || 61 eius<sup>1</sup> *s.l. M* || 63 competebat *M*: competerat *P* || Quare *M*: quem *P* || 64 ea]  
v(er)b(um) *add. et del. M*.

vel nobis tripliciter innotescit. Nam primo innotescit nobis quantum ad substantiam corporalem; 65  
secundo, quantum ad substantiam spiritualem; tertio, quantum ad substantiam divinam. Primum  
notatur cum dicitur: *Venit Ihesus ianuis clausis*; secundum cum subiungitur: *et stetit in medio*; sed  
tertium notatur cum annectitur: *et dixit: Pax vobis*.

Corpus autem Christi, quantum ad presens spectat, ad duo potest comparari, videlicet ad 70  
eius animam, qua erat inferius, et ad corporalia alia, quibus erat superius. Est enim corpus Christi  
inferius quam sua anima, sed est excellentius et dignius quam corporalia alia. Secundum hanc  
autem duplicem comparationem duo competunt ipsi corpori Christi. Nam corpori respectu anime  
competebat perfecta obedientia, sed respectu aliorum corporalium ei competebat excellens victoria.  
Nam si in aliis beatis post resurrectionem erit corpus in perfecta obedientia anime, ita quod, ubi volet 75  
spiritus, ibi erit et corpus, multo magis hoc fuit in Christo et corpori eius respectu anime competebat  
perfecta obedientia. Rursus, si alii beati in proprio corpore habuerunt victoriam de mundo et de  
istis corporalibus, multo magis hoc habuit Christus. Nam alii beati in tantum habent huiusmodi  
victoriam in quantum sunt membra Christi. Et quia quod competit membris, excellentius [uel]  
competit capiti, habuisse triumphum de mundo et de hiis corporalibus in proprio corpore excellentius  
competebat Christo quam aliis sanctis. Dupliciter ergo potest nobis describi Christus quantum ad 80  
corpus: primo, quantum ad ordinem quem habuit illud corpus ad animam, qui ordo fuit perfecta  
obedientia; secundo, quantum ad ordinem quem habuit illud corpus ad corporalia alia, qui ordo fuit  
excellens victoria.

Hic autem duplex ordo in primo auctoritatis membro per ordinem designatur. Nam ordo illius 85  
corporis ad animam habetur cum dicitur: *Venit Ihesus*; ordo vero illius corporis ad corporalia alia  
notatur cum subiungitur: *ianuis clausis*. Primo ergo describitur nobis Christus quantum ad corpus  
secundum ordinem quem habebat illud corpus ad animam, cum dicitur: *Venit*. Nam tunc dicitur  
aliquis venire, cum movetur eius corpus secundum anime imperium et appetitum. Sed cum corpus  
alicuius violenter movetur, non proprie dicitur quod ille veniat, sed quod deportetur. Non ergo 90  
Christus violenter fuit tractus aut deportatus ad discipulos, sed sua benigna voluntate et clementia  
*venit* et perrexit ad eos. Et quia ille motus et illud venire non fuit secundum violentiam, sed secundum  
obedientiam quam habebat illud corpus ad animam et ad deitatem, bene dictum est quod ex eo quod  
dicitur: *Venit*, describitur motus illius corporis secundum ordinem quem habebat ad animam, qui  
ordo fuit perfecta obedientia.

Hunc autem ordinem [potissime] habebunt corpora beata et potissime habuit corpus Christi 95  
post resurrectionem suam. Nam quamdiu sumus in hoc mundo, non est corpus in perfecta obedientia  
anime nec omnino movetur corpus secundum nutum <et> imperium anime. Huius signum est  
lassitudo et labor qui accidit ex motu corporis. Nam si plene esset corpus ad obedientiam anime,  
non lassaretur nec laboraret ex motu nostro nec accideret aliqua lassitudo nec aliquis labor, iuxta

65 vel scripsi : ut PM || innotescit<sup>1</sup> scripsi : ignotescit P ignoratum M || 66 substantiam<sup>2</sup>] spiritualem add. et del. P ||  
67 secundum scripsi : tertium PM || 69 autem P : om. M || ad<sup>3</sup> s.l. M || 70 animam P : anima M || erat<sup>1</sup> M : erit P ||  
erat<sup>2</sup> M : erit P || 71 quam sua anima PM<sup>ac</sup> : quantum ad suam animam M<sup>pc</sup> || est P : om. M || 72 Nam corpori M : om. P ||  
73 competebat<sup>1</sup> M : competebit P || 74 resurrectionem M : rationem P || erit PM<sup>pc</sup> : erat M<sup>ac</sup> || 75 et<sup>1</sup> P : om. M ||  
76 perfecta M : om. P || 77 habuit P : fuit M || 78 quod mg. M || ul' P (ill' M) delevi || 81 qui PM<sup>pc</sup> : quia M<sup>ac</sup> || 82 secundo  
M : 3<sup>o</sup> P || 84 auctoritatis] in libro add. et del. M || 85 corporis<sup>1</sup> M : corpus P || 86 notatur M : nota P || 89 sed M : secun-  
dum P || 90 tractus M : tactus P || 91 ad s.l. al. m. M || 92 et ad deitatem P : dignitatem M<sup>ac</sup> tamquam ad digniorem unde  
mg. al. m. M<sup>pc</sup> || quod<sup>2</sup>] sequitur add. et del. M || 95 potissime delevi cum M<sup>pc</sup> || 97 nutum et imperium scripsi (cf. infra,  
li. 118) : uitium P imperium M || est s.l. M || 99 nec accideret M<sup>pc</sup> : non accidit PM<sup>ac</sup> || lassitudo M : lassu (sic) P.

100 illud quod habetur *Ysaie 40*: sancti *qui sperant in Domino habebunt fortitudinem, assument pennas ut aquile, current et non deficient vel non laborabunt, ambulabunt et non deficient*. Mutabitur enim tunc fortitudo nostra. Nam nunc non sumus tante fortitudinis quod in motu nostro non accidat labor, sed pre labore in ambulando deficimus, sed tunc curremus et non laborabimus et non deficiemus. Adinvenerunt nunc ergo homines per humanam industriam equos vel alia vehicula in quibus  
105 deportantur, ita quod, cum ad aliquem locum tendunt, non proprie pergunt nec proprie veniunt, sed magis deportantur. Sed tunc post resurrectionem non indigebimus talibus vehiculis, quia, ut tactum est, ex motibus nostris nullus continget labor. Bene ergo dictum est de Ihesu quod non fuerat deportatus, sed quod *venit* ad discipulos suos.

Et si ipse ad discipulos suos venit et etiam continue venit ad nos spiritualiter, quia ipse venit  
110 ad nos et *stat ad ostium* nostrum et *pulsat* ut aperiatur, ergo et nos debemus ire ad eum, ad quem eundo coronabimur, iuxta illud quod habetur *Cantici 4: veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis*. Ter dicit *veni*, quia tria debemus relinquere et tria debemus vincere, si volumus ad Christum tendere: mundum, carnem et demones. Mundum enim debemus relinquere, qui nos temptat de concupiscentia oculorum; carnem debemus domare, que nos temptat de concupiscentia  
115 carnis; demones debemus vincere, qui nos temptant de superbia vite.

Viso quomodo ordo quem habebat corpus Christi ad animam, qui ordo erat perfecta obedientia, denotatur ex eo quod dicitur: *Venit*, quia tunc proprie venimus quando corpus nostrum movetur secundum nutum et imperium anime, restat ostendere quomodo denotetur ordo quem habebat corpus illud ad corporalia alia ex eo quod subditur: *ianuis clausis*, qui ordo, ut dicebatur, fuit excellens  
120 victoria. Nam sicut corpus illud, ex eo quod venit secundum nutum anime, ostendebatur quod ad animam habebat perfectam obedientiam, ita ex eo quod venit *ianuis clausis* declarabatur quod erga alia corporalia habebat excellentem victoriam.

Quod ut appareat, determinandum est quomodo potuit hoc contingere quod corpus Christi absque apertione ianuarum intraret ad discipulos. Videtur enim quod contradictionem implicet  
125 quod aliquod corpus intret alicubi *ianuis clausis* et ianuis non apertis, quia, hoc posito, cogimur ponere duo corpora fuisse simul. Simul ergo fuit corpus Christi cum <ianuis, cum>, ipsi ianuis non cedentibus nec reseratis, intravit ad discipulos.

Ad quod videtur Gregorius respondere quod, si potuit Christus ante resurrectionem exire uterum Virginis utero non aperto, potuit intrare ad discipulos post resurrectionem *ianuis clausis*.

**100-101** *Is. 40, 31* || 110 *Apoc. 3, 20*: “Ecce sto ad ostium et pulso: si quis audierit vocem meam et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum” || 111-112 *Cant. 4, 8* || 119 ut dicebatur: cf. *supra*, li. 73, 82-83 || 128-129 Gregorius Magnus, *Homiliae in Evangelia*, hom. XXVI, 1, ed. R. Étaix, Brepols, Turnhout 1999 (Corpus Christianorum. Series Latina, 141), li. 9-13 (p. 218) [= Grégoire le Grand, *Homélies sur l'Évangile*, livre II, *Homélies XXI-XL*, Texte latin, introduction, traduction et notes par R. Étaix †, G. Blanc, B. Judic, Les Éditions du Cerf, Paris 2008 (Sources Chrétiennes, 522), li. 9-15 (p. 136)].

**100** 40 *P*: 4 *M* || qui *P*: quam *M* || habebunt *PM*: mutabunt *Vulg.* || 101 current *P*: uo. *M* || non deficient vel non laborabunt (*lectio duplex?*) *PM*: non laborabunt *Vulg.* || 102 nunc *P mg. al. m. M<sup>pc</sup>*: non *M<sup>ac</sup>* || 103 sed<sup>2</sup> *M*: si *P* || curremus *M*: recurremus *P* || 104 Adinvenerunt *scripsi*: adiuverunt *PM* || nunc *P*: non *M* || 105 tendunt *P*: esse volunt *M* || 106 resurrectionem *M*: rationem *P* || 107 fuerat *P*: fuerit *M* || 108 venit *P*: venerit *M* || 109 suos *M*: *om. P* || 110 ergo et nos *P*: et nos igitur *M* || 112 Ter *P*: tripliciter *M* || debemus<sup>2</sup> *P*: *om. M* || 113 enim *P*: est *M* || 116 erat *M*: erit *P* || 118 anime *M*: a se *P* || 119 illud *P*: *om. M* || 121 habebat *P*: haberet *M* || erga *P<sup>ac</sup>M<sup>pc</sup>*: supra *mg. al. m. P<sup>pc</sup>g<sup>a</sup>na M<sup>ac</sup>* || 122 habebat *P*: haberet *M* || 124 contradictionem *M*: contractionem *P* || 125 intret *P*: intraret *M* || non *M*: nisi *P* || 126 ianuis cum *addidi* || non *P*: nec *M*.

Sed hoc, licet sit verum et indubitanter verum, non tamen removet questionis difficultatem, quia 130  
non minus dubium est quomodo potuit exire uterum Virginis utero non aperto quam quomodo  
potuit intrare ad discipulos ianuis non reseratis. Declarare autem dubium per eque vel per magis  
dubium difficultatem dubitationis non tollit.

Ideo dixerunt aliqui quod causa quare unum corpus non potest simul esse cum alio et quare non 135  
possumus intrare *ianuis clausis* est corpulentia quam aspiciamus in istis corporibus. Et quia, ut dicunt,  
corpulentia illa removebitur a corporibus beatis et erunt corpora illa non corpulenta, sed subtilia,  
ideo corpora illa poterunt simul esse cum corporibus aliis.

Sed nec hoc sufficit, quia sole dimensiones et sola quantitas est illud quod resistit. Nam unum 140  
corpus non potest esse simul cum alio corpore, quia dimensiones unius resistunt dimensionibus  
alterius et quantitas unius quantitati alterius. Inde est quod probatur in 4<sup>o</sup> *Physicorum*, in capitulo de  
vacuo, quia si essent dimensiones separate et in illis dimensionibus reciperetur aliquod corpus, quod  
essent duo corpora in eodem. Quare si sic loquentes vellent suam positionem bene sequi, oporteret  
eos dicere quod corpora glorificata non essent quanta nec essent dimensionata ad hoc quod possent  
simul esse cum aliis corporibus. Sed cum nequitas sit ponere corpora glorificata non esse quanta et non  
esse dimensionata, ut satisfaciamus quesito, oportet per aliam viam incedere. 145

Ideo dixerunt alii quod corpus glorificatum simul esse cum alio corpore est per miraculum.

Sed hoc non videtur bene satisfacere intellectui. Nam corpora glorificata erunt in celo empyreo,  
ita tamen quod celum empyreum non cedit corporibus glorificatis. Non enim possumus dicere quod 150  
sic erunt corpora glorificata post resurrectionem in celo empyreo sicut sunt nunc corpora nostra in  
aere. Nam aer cedit corporibus nostris, ita quod, ubi est corpus nostrum, non est aer. Et propter hanc  
existentiam in aere non possumus arguere duo corpora simul esse. Sed <quia> celum empyreum non  
patitur peregrinas impressiones, non est rarefactibile et condempnabile sicut aer; <ideo> non cedit  
corporibus ibi existentibus, quia non potest scindi vel frangi quemadmodum videmus quod scinditur  
et frangitur aer. Est enim celum empyreum dignius et nobilius ceteris aliis supercelestibus corporibus.  
Igitur si ista supercelestia corpora, ut [supercelestia] orbis lunares et solares, scindi non possunt, 155  
multo magis non patitur fractionem et scissuram celum empyreum. Nam de omnibus celis possumus  
intelligere quod dicitur *Iob 37: tu forsitan cum eo fabricatus es celos, qui solidissimi quasi ere fusi sunt?*  
Celum enim empyreum solidissimum est nec cedit nec scinditur ex motu corporum beatorum.

134 aliqui: Bonaventura, *Sent. IV*, dist. 49, pars 2, sect. 2, art. 3, q. 1, S. Bonaventurae *Opera Omnia*, edita studio et cura  
PP. Collegii a S. Bonaventura, t. IV, Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, Ad Claras Aquas 1889, p. 1028b-1029a  
[= S. Bonaventurae *Opera theologica selecta*, cura PP. Collegii S. Bonaventurae edita, editio minor, t. IV, Ad Claras Aquas,  
Florentiae 1949, p. 1014b] || 140-142 Arist., *Phys.* IV 8, 216 b 2-11 || 146 alii: Thomas de Aquino, *Sent. IV*, dist. 44, q. 2,  
art. 2, q. la 2, ed. S. E. Fretté, t. 11, Vivès, Paris 1875, p. 323b || 157 *Iob*, 37, 18.

135 corpulentia *M*: corpulantia *P* (*et sic deinceps*) || quam *P*: quem *M* || 137 poterunt *M*: potuerunt *P* || 138 hoc] simul  
*add. M* || dimensiones *M*: dimentiones *P* (*et sic deinceps*) || 141 quia *M*: et *P* || reciperetur *M*: recipere *P* || 142 essent *P*:  
esset *M* || 143 dimensionata *M*: dimentata *P* || 144 nequitas sit] contradicere et nequitas sit *add. M* || 146 dixerunt] quod  
*add. P* || esse *PM<sup>pc</sup>*: esset *M<sup>pc</sup>* || est *P*: non glorificato (glorificato *mg. al. m. add.*) *M* || 147 intellectui *M*: intellectum *P* ||  
150 ubi *M*: ibi *P* || 151 quia *addidi* || 152 peregrinas] impreg'na *add. et del. M* || condempnabile *M*: contempnabile *P* || ideo  
*addidi* || 154 Est *PM<sup>pc</sup>*: et *M<sup>pc</sup>* || 155 Igitur si ista *scripsi*: ista si queritur *PM* || supercelestia<sup>2</sup> *delevi cum M<sup>pc</sup>* || 157 dicitur *P*:  
dicit *M* || es *P<sup>ac</sup>M*: est *P<sup>pc</sup>* || qui *P*: per *scr. et del. M* || 158 enim *P*: ergo *M* || corporum] suorum *add. et del. P*.

160 Quare si ex miraculo contingeret quod duo corpora simul sint, corpus glorificatum existens in celo  
 empyreo non poterit movere nec pedem nec manum nisi per miraculum. Nam, movendo manum vel  
 pedem, celum non cedit sibi et, non cedendo ei, [erunt manus et pedes vel] erit manus et pes simul  
 cum celo empyreo, quare erit ibi miraculum. Sed cum ridiculum sit ponere quod corpus beatum non  
 possit movere nec pedem nec manum nisi per miraculum, insufficientis hec positio videtur.

165 Preterea, dato quod hoc attribuitur miraculo, numquam tamen nec per miraculum nec per  
 aliquem alium modum potest contingere quod contradictoria simul verificentur. Ideo non sufficit  
 dicere hoc esse per miraculum, nisi ostendatur quod contradictionem non implicat, si ponantur duo  
 corpora simul esse.

Nunc sciendum est aliquando hanc viam <nos> invenisse ad evadendum huiusmodi difficultatem.  
 Dicebam enim quod ea que similiter comparantur ad aliquid non possunt simul esse in eodem, ut,  
 170 quia colores similiter comparantur ad proprium susceptivum, non possunt esse duo colores in eadem  
 parte pomi nec possunt duo sapes simul esse in eodem. Sed quia color et sapor non <similiter  
 comparantur ad susceptivum>, possunt simul esse in eodem, scilicet in eadem parte pomi. [simul  
 tamen in eadem parte pomi est color et sapor] Sic et in proposito. Nam duo corpora non glorificata  
 <eodem modo> comparantur ad locum. Sic etiam due anime eodem modo comparantur ad locum  
 175 et etiam duo corpora glorificata <eodem modo> comparantur ad locum. Sic etiam due anime eodem  
 modo comparantur ad sua corpora et due intelligentie eodem modo comparantur ad locum in quo  
 sunt. Sed corpus glorificatum non eodem modo comparatur ad locum cum corpore non glorificato,  
 nec etiam corpus et anima eodem modo comparantur ad locum. Sic etiam angelus et anima non  
 eodem modo comparantur ad corpora. Sic etiam Deus et angelus vel etiam Deus et quecumque alia  
 180 creatura non eodem modo comparantur ad locum. Igitur propter similem comparationem non  
 poterunt simul esse duo corpora non glorificata, nec poterunt simul esse duo corpora glorificata,  
 nec poterunt esse due anime simul in eodem corpore, nec duo angeli in eodem loco. Poterit tamen  
 simul esse corpus glorificatum cum corpore non glorificato, et poterunt simul esse corpus et anima,  
 et in eodem corpore poterunt simul esse anima et spiritus. Nam spiritus, ut demones, aliquando  
 185 subintrant corpora humana; constat autem quod in illis corporibus est anima et est tota in qualibet  
 parte; simul ergo est ibi anima et spiritus. Sed hoc non est eodem modo, quia anima est ibi ut forma,  
 spiritus autem ille est ibi ut vexatio et motio. Sic etiam simul est Deus cum angelo et cum qualibet  
 creatura, quia, <cum locus> non univoce et secundum eandem rationem dicatur de creatore et

169 Dicebam : Aegidius Romanus, *Reportatio lecture super libros I-IV Sententiarum*, ed. C. Luna, Sismel - Edizioni del Galluzzo, Firenze 2003 (Corpus Philosophorum Medii Aevi. Testi e studi, 17. Aegidii Romani *Opera Omnia*, III.2), *Super librum I*, q. 3, li. 23-37 (p. 174); id., *Sent. I*, dist. 37, pars 2, princ. 1, q. 3, ed. Venetiis 1521 (Minerva, Frankfurt 1968), f. 196rb E-F.

159 contingeret *M* : continget *P* || 160 empyreo *P* : *om. M* || 161 cedit *P* : cederet *M* || erunt manus et pedes vel *delevi* || 162 cum<sup>2</sup> *M* : cur *P* || 163 nisi per miraculum *M* : *om. P* || 164 dato *M* : *om. P* || attribuitur *scripsi* : attribuemus *P* attribuetur *M<sup>ac</sup>* attribueremus *M<sup>pc</sup>* || 165 simul *M* : *om. P* || 168 nos *addidi* || invenisse *PM<sup>pc</sup>* : evenisse *M<sup>ac</sup>* || 169-170 aliquid non — colores similiter *P* : suum subiectum et sapes simul *M* || 169 possunt *scripsi* : posse *P deest M* || 171 pomi *M* : poni *P (et sic deinceps)* || 171-172 similiter comparantur ad susceptivum *addidi* || 172 eodem scilicet in *M* : *om. hom. P* || 172-173 simul tamen in eadem parte pomi (poni *P om. M*) est color et sapor *delevi* || 173 glorificata *iter. P* || 174 eodem modo<sup>1</sup> *addidi* || 175 eodem modo *addidi* || Sic *scr. et del. M* || etiam<sup>2</sup> anime *praem. M* || 179 comparantur *M* : comparatur *P* || 181 nec *M* : non *P* || 182 Poterit *M* : poterunt *P* || 184 spiritus<sup>1</sup> *PM<sup>pc</sup>* : specie *M<sup>ac</sup>* || Nam *scripsi* : non *PM* || 185 constat autem quod in illis *iter. et del. P* || 186 ergo est *P* : *inv. M* || spiritus *PM<sup>pc</sup>* : specie *M<sup>ac</sup>* || 187 autem ille est *P* : est autem *M* || motio *P* : viatio *M* || Sic *scripsi* : sicut *PM* || 188 cum locus *addidi* || non *M* : ut *P* || univoce *M* : unire *P* || dicatur *scripsi* : dicitur *PM*.



creatura, non eodem modo comparantur ad locum; ideo non est inconueniens ea simul esse. Corpus ergo glorificatum poterit esse cum corpore non glorificato et potuit simul esse corpus Christi cum ianuis et intrare *ianuis clausis*, quia non eodem modo comparatur ad locum corpus glorificatum cum corpore non glorificato. 190

Sed hoc, licet verum sit et licet sit pulcre adaptatum, non tamen plene satisfacit quesito. Nam si per se est quod dimensiones dimensionibus resistant et quod una dimensiones non compatiatur secum alias et quod una quantitas non compatiatur secum aliam quantitatem, ex quo corpus glorificatum est dimensionatum et est quantum, nullo modo videtur possibile quod corpus glorificatum possit simul esse cum alio corpore, sive illud sit glorificatum sive non. 195

Propter quod advertendum quod, si sic esset per se quod dimensiones dimensionibus resisterent sicut est per se quod homo est animal, nullo modo esset via ad evadendum quomodo unum corpus dimensionatum et quantum posset esse simul cum alio corpore dimensionato et quanto. Nam [hoc possibile] non esset possibile quod essent dimensiones et non resisterent, sicut non est possibile quod aliquis sit homo et non sit animal. Non ergo sic est per se quod dimensiones resistunt dimensionibus sicut est per se quod homo est animal. Sed sic [non] est per se dimensiones dimensionibus resistere sicut est per se quod calidum calefacit. Nam sicut corpus calidum habet per se hanc comparisonem ad corpus calefactibile, quia calefacit ipsum, sic corpus dimensionatum habet per se hanc comparisonem ad aliud corpus dimensionatum, quia resistit sibi et non compatiatur ipsum secum. Nunc autem est ita quod, quantumcumque sit per se calidi calefacere, istud tamen per se dependet ex aliquo superiori ordine et ex aliquo superiori corpore, ut ex corpore celesti, ita quod, si cessaret motus celi secundum istum ordinem quem videmus, si ignis esset iuxta stupam, non combureret ipsam; ergo esset calidum iuxta calefactibile et non calefaceret ipsum. Quare sicut istud per se quod est calidi calefacere <...> 200 205 210

193 adaptatum *M*: adoptatum *P* || 197 illud *M*: ille *P* || 201 hoc possibile *delevi* || resisterent *M*: resistentur *P* || 202 quod aliquis *iter. P* || sic est] possibile *add. M* || 203 resistunt *scripsi*: resistent *P* resisterent *M* || sic *scripsi*: hoc *PM* || non *delevi* || 205 hanc comparisonem *P*: *inv. M* || 209 stupam *M*: stupem *P* || 210 combureret *M*: concurreret *P* || ipsam *scripsi*: ipsum *PM* || 211 *abrupte desinit textus in PM*, non posset sic in proposito Augustinus de civitate dei c. 7 *add. al. m. M.*

